

B. M. II, 37.  
h. 4, 15.



P A C I S  
W E S T P H A L I C A E  
S E C U L A R I S M E M O R I A

D. XXIV. OCTOBR

A. R. S. C I O I D C C X L V I I I

I N

ACADEMIA VITEMBERGENSI  
RITV FORMVLAQVE SOLEMNI  
CELEBRATA




A B V S V M  
BVLLAE BRABANTINAE  
AD ILLVSTRANDVM  
PACIS WESTPHALICAE ART. IX. §. I  
ACTORVM IMPERII PVBLICORVM  
F I D E  
E D I S S E R I T  
E T  
P A N E G Y R I N  
C L E M E N T I S S I M O  
A V G V S T I S S I M I R E G I S  
I N D V L T V  
I P S O  
P A C I S W E S T P H A L I C A E  
C E N T E S I M O N A T A L I  
D. XXIV. OCTOBRIS  
H A B E N D A M  
I N D I C I T  
E R N E S T V S M A R T I N V S C H L A D E N I V S D  
I V R. F E V D. P R O F. P V B L. A S S E S S O R C V R. P R O V I N C. V I C  
E T F A C V L T. I V R I D. E X T R  
V I T E M B E R G A E  
P R E L O S C H L O M A C H I A N O  
C I C I C I C C X L V I I I

1. V. 1. A  
H. P. M. D. L. L. L.  
E. T. A. H. C. S. A.  
E. L. O. O. L. T. H. M. M. M. O. S. A.  
L. I. C. E. R. A. S. T. F.  
L. O. M. I. C. E. R. E. M. S. T.  
S. I. C. S. A. L. M. I. O. T. C. O. D. P. R.  
L. U. T. E. R. A. K. C. E. R. E. M. S. T.  
C. S. T. C. L. L. G. V. T. A. H. C. S. A.  
E. L. L. I. C. S. A. L. M. I. O. T. C. O. D. P. R.  
L. U. T. E. R. A. K. C. E. R. E. M. S. T.



DE  
ABVS  
BVLLAE BRABANTINAE



I

**Q**VANTO foedius, turbine uelut disiecta, iacent commercia, si, scissis in contraria studia populis, dirum belli carmen resonet, et Martis infania usquequaque, per mare, per terras, tumultuetur, tanto operosius, ubi, detumescente animorum aestu, de placando Iani numine consilia ineuntur, id agitare solent coalescentes denuo in concordiam populi, ut pristinum commerciis uigorem, pristinumque robur, concilient. Scilicet, quid ante hos centum annos in splendidissimo illo, uereque augusto, Europae totius concilio, quod ad componendos regnantium animos, in-

A 3

certum,



certum, lento magis, an funesto, duello collisos, coierat, hanc  
 in rem, crebrioribus consultationibus actum sit, non sine quodam  
 uenerationis sensu, recordamur. Quanta quanta enim se teum  
 offerret rerum, curatus agitandarum, moles, suo tamen concili-  
 o dignam rem iudicabant consultantes, ut potioribus capitibus,  
 quae disceptanda uiderentur, argumentum de statu commerciorum  
 accenserent, et, quid instaurando eorundem flori conduceret,  
 mutuis consiliis complecterentur. Certe, qua solitudine, quaque  
 prudentia, in hoc argumento uersati sint, nisi publica imperii acta  
 copiose loquerentur, uel ex ipso pacis instrumento, quod nescias,  
 utrum publica magis Europae commoda, an pacificatorum glo-  
 riam, amplificauerit, abunde intelligeres. Ut igitur intelligas,  
 accipe formulam, quae totius consultationis, qua commercia spe-  
 ctat, summam, ueluti in compendium missam, exhibit:<sup>a</sup> *Et*  
*quia publice interest, ut, FACTA PACE, COMMERCIA uicissim*  
*REFLORESCANT, ideo conuentum est, ut, quae eorum praeiu-*  
*dicio, et contra utilitatem publicam, hinc inde per imperium, belli*  
*occasione, nouiter, propria auctoritate, contra iura, privilegia, et*  
*sine consensu Imperatoris atque Electorum Imperii, inuicta sunt,*  
*uectigalia et telonia, ut et ABVSVS BVLLAE BRABANTINAE,*  
*iudeque natae repressaliae et arresta, cum inductis peregrinis cer-*  
*tificationibus, exactionibus, detentionibus, itemque immoderata*


<sup>a</sup>) INSTRVM. PAC. WESTPH. Art. IX. §. I.

postarum; omniaque alia inusitata onera et impedimenta, quibus commerciorum et navigationis usus deterior redditus est, penitus tollantur, et prouinciis, portibus, fluminibus, quibuscumque, sua pristina securitas, iurisdictio et usus, prout ante hos motus bellicos, a pluribus retro annis, fuit, restituuntur, et inuiolabiliter conserventur.

## II

**CIRCUMSPECTE** nimirum pacis architecti, cum, quicquid reparando inter populos commercio offendiculum asserre videatur, hac sanctione comprehendunt, **BULLAE BRABANTINAE ABVSVM** immiscent, et de eo penitus tollendo cauent. Inueterata enim erat, imo per secula iuerat, querela, Bullam a Belgis in populo rum, Germaniae praesertim, perniciem, et securitatis publicae dispendium, torqueri; foecundissimam represaliarum et arrestorum esse matrem; intercipiendis commerciis non aliam rem esse accommodatiorem, cetera. Quanto igitur ad parandam huic malo medelam paratores fuisse intelligimus pacientes, tanto facilius boni cuiusuis gratiam me, confido, initurum, si Bullae Brabantinae abusum, indeque natas Germaniae querelas, publicorum Imperii actorum fide, paulo copiosius exposuero. Imo confidere possum eo certius, quo diffusior est argumenti utilitas, siquidem de Bullae virtute abusique in Comitiis Imperii frequentissime disceptatum fuisse meminimus, et ipsae passim Imperii leges abusum Bullae

cau-



causantur, eidemque exturbando remedia circumspiciunt efficaciora.

## III

AVREAE BULLAE,<sup>b</sup> AVREI etiam PRIVILEGII,<sup>c</sup> nomine cum ueniat Bulla Brabantina, id primum monendum uidetur, hanc et suo tenore, et aetate, diuersissimam esse ab Aurea Bulla, quae inter leges Imperii fundamentales principem locum tenet, et Electorum praesertim iura et praerogatiwas complectitur. Eundem quidem parentem utraque agnoscit, CAROLVM IV, aetate tamen paulo prouectior est Brabantina, cuius quadringentesimus natalis proximo anno instat.<sup>d</sup> Tum, quod ad Brabantinae argumentum spectat, nihil earum rerum continet, quae ad augendam Imperii dignitatem pertineant. Rerum potius ea satagit, ut Imperii iurisdictio quodammodo fiat imminutior. Etenim, siue meritis IOHANNIS III<sup>e</sup> Brabantiae, Lotharingiae et Limburgi, Ducis, adductus, siue, ut hunc quodam sibi deuinciat beneficio, indulget CAROLVS, ne subditi uasallive eius ulla in causa, ciuili aut criminali, reali aut personali, ad extranea iudicia euocentur, nec arresta contra ipsos decernantur.<sup>f</sup> Ipsum Bullae tenorem dabo, ut eo rectius

<sup>b</sup>) Sic κατ' ἐξοχὴν appellatur passim in legibus Imperii, et in scriptis, eam in rem in Comitiis Imperii exhibitis, quod deinceps uidebis.

<sup>c</sup>) Ita uocat EDMUNDVS DINTERVS Hist. Dic. Brabant. Lib. V. cap. 39. apud CHIFLE-

TIVM in Alsatia vindicata Cap. X. p. 69.

<sup>d</sup>) Scilicet Brabantina d. 14. Iun. 1349 subseri-

pta fuit. Altera uero anno 1356 publici iuris facta.

<sup>e</sup>) IOHANNEM III hoc priuilegium impetrasse, cum ipse Bullae tenor comprobaret, tum communis scriptorum est sententia. Nemini adhuc uidi dissentientem, nisi unum NICOL. HIERON. GUNDLINGIVM, qui partim in Discours über den Westphäl. Frieden



rectius de sensu priuilegii iudicare possis. Scribit CAROLVS IV:  
**CAROLVS** Dei gratia, Romanorum Rex, semper Augustus,  
et Bohemiae Rex, ad perpetuam rei memoriam. Et si regiae pot-  
statis circumspecta benignitas uniuersos fideles ipsius, quos Romano-  
rum ambit imperium, pio fauore, prosequitur (ad illorum enim  
utilitates et commodo speciali quadam praerogatiua et fauore dignan-  
ter intendit, qui diuturnitate laborum, et deuota fidei constantia  
circa procuratores sacrosancti Imperii Romani honores adhibita di-  
ligentia claruerunt) tamen Illustrissimus IOHANNES, Lotharingiae,  
Brabantiae et Limburgiae Dux, Sacrique Romani Imperii Marchio,  
Princeps, et consanguineus, Virque clarissimus, ob merita probita-  
tis, et circumspectae fidei puritatem, quibus ipse una cum suis pro-  
genitoribus Romanum Imperium, debit is fidelitatis obsequiis, praef-  
stantius honorauit, nec cessat quotidiano affectu sinceritatis diligen-  
tius honorare, hoc fauore dignus est. Illa igitur eius merita clarae  
mentis intuitis limpidius intuentes, ei, heredibus et successoribus suis,  
in perpetuum hanc concessionem et devotionis gratiam, de speciali no-  
straue Maiestatis fauore duximus faciendam, decernentes, et edicto  
perpetuo statuentes, quod nullus Archiepiscopus, Episcopus, Comes,  
B Baro,

ad Art. IX. §. I. partim im Discours über den  
Abris der Reichs-Historie Period. VII. §. 366.

**CAROLVM IV** fratri suo, WENCESLAO,  
Duci Brabantiae, IOHANNAE Brabantinae  
marito, priuilegium, Bulla comprehensum,  
dedisse, nescio, quo rationum robore, do-  
cet, eisque, qui focus sentiant, grauissimi  
erroris arguit.

f) Conf. CHRIST. BVTKENS in Troph. Bra-  
bant. Probat. p. 183. seq.

g) Bullam recitat etiam **IO. LIMNAEV** Tur.  
*Publ. Lib. V. Cap. II. n. 5. HENRICVS*  
*GÜNTHERVS THVLEMARIVS de Bullis Ac-*  
*ccep. N. VI. et LVNIG* in Teutischen Reichs-  
*Arch. Part. Spec. Contin. I. pag. 111. n. 15.*



*Baro, Nobilis, aut cuiuscunque conditionis existat, ecclesiasticus siue temporalis, in quibuscunque causis, ciilibus, criminalibus, realibus aut personalibus, res uitam contingentibus, uel honorem, aliquam iurisdictionem, seu iudicariam potestatem, temporaliter in subditos, Vasallos et seruitores dictorum Ducis et heredum et successorum ipsius infra Ducatum Lotharingiae, Brabantiae et Limburgiae, et Marchionatum Imperii eorum, et eorum appendia et quascunque pertinentias constitutis, ad instantiam cuiuscunque personae et intra, et extra, limites eorum dominiorum et etiam qualisunque gradus, status seu conditionis, existat, euocando, praesentando, banniendo, proscribendo, aut alios actus iudiciarios faciendo, per sententias interlocutorias, seu diffinitivas exercere praesumat, nisi efficaciter primitus evidenti ultimo documento probetur, quod a iudicibus, officiariis et aliis fidelibus dictorum Ducis heredum et successorum ipsius, qui pro tempore fuerunt, ministranda iustitiae deputati petenti, siue potentibus, super actione, seu actionibus, quam uel quas inten-  
tare, uel intentasse, noscuntur, iustitia fuerit denegata, nec con-  
sequi poterint iustitiae complementum. Decernentes uniuersas et sin-  
gulas sententias, interlocutorias et diffinitivas, si quas super quibus-  
cunque causis, quibus etiam significatis uocabulis designare ualerent,  
aduersus praesentes gratiae nostrae et largitionis indulatum, a qui-  
buscunque iudicibus iustitiarum et iustitiae facienda praesidibus  
emanare contigerit, irritas penitus et inanes, nec eorum praece-  
ptum*



ptum vasallos et seruitores, dictorum Ducis, heredum et successorum ipsius, infra terminum et spatium dominiorum, quae praescripta sunt, et eorum pertinentias constitutas aequaliter obligari. Caeterum plerumque innocentes pericula dispensiorum uidentur incurrire, cum is, qui reus non est, loco noxii detinetur, ut ab eodem periculo in terris eiusdem principis, quem sua virtute petentes non immerito prece ceteris adamamus, eidem de regiae benignitatis gratia abundantius caueatur, illud praecipue statuendum duximus, et regiae potestatis edicto strictius iniungendum, ne aliquis Vasallus, subditus aut seruitor Ducis, heredum et successorum ipsius, intra Ducatus Lotharingiae, Brabantiae, Limburgiae, et Marchionatum Sacri Imperii et eorum appendia, seu pertinentias, constitutus, in quibusunque episcopatibus, terris, prouinciis, principatibus seu dominiis, sacro imperio subiectis, ecclesiasticae seu temporalis, seu cuiuscunque alterius iurisdictionis existat, loco et vice alterius, de eodem domino, quacunque noxa seu debito inuolatas, arrestari, seu detineri, rebus, aut corpore, molestari debeat, aut aliquas molestias seu uolentias quomodolibet sustinere, nisi fortassis reum, seu debitorem hominum, qui uiua uoce manualiter non tractus, sed sponte propria, seu debitum seu delictis talibus obligasset, absque aliorum praeiudicio contingere personaliter comprehendendi. Si quis uel ausu temerario, uel quavis indiscreta praesumtione, gratis, immunitatibus et libertatibus, in praesenti contentis pagina, contraire praesumeret, et di-



etorū, Duciſ, heredum et ſucceſſorum ipiſius, in rebus aduersus tenu-  
 rem praefentium, quouis ingenio uel colore quæſito, in toto, uel in  
 parte, aliquatenus derogare et detrahere, poenas indignationis, de-  
 flitionis et praefcriptionis noſtræ, et amissionis iurium ſuorum,  
 honorum et conditionis, gradus et ſtatus, quibus eundem in caſu  
 praedicto declaramus, euidenter fore priuatum, poenam 100 mar-  
 carum auri puri ſe nouerit irremifibiliter incurriſſe; quarum me-  
 diatatem regalis noſtri fiſci, et rēdiuam partem iniuriam paſſorum  
 uſibus determinamus applicandam, non obſtantibus legibus, conſti-  
 tutionibus, conſuetudinibus, ſtatutis publicis et priuatis, editis et  
 condendis, priuilegiatis, uel priuilegiandis, quibus in quantum praef-  
 ſenti noſtræ confeſſionis exemptioni, et gratiarum indultis, poena-  
 rum adiectis, et aliis in ſerie praefentium expreſſis, in toto uel in  
 parte, uidebitur contraire expreſſe, et de certa noſtra ſententia, et  
 Regiae potestatis plenitudine, nobis ueluti Romano Regi, aut Sacro  
 Romano Imperio, competentibus praefentibus derogamus, ſub noſtræ  
 Maiestatis ſigillo, teſtimonio harum literarum. Datum Aquis-  
 grani, Anno Domini millesimo, trecentesimo, quadragesimo nono,  
 inductione ſecunda, octauo Calendas Auguſti, Regnorum noſtrorum,  
 Romani Anno quarto, Bohemiae uero tertio.

349

## IV

b) De vinculo harum prouinciarum cum Impe-  
 rio uid. Illuſtr. 10. IAC. MASCOVII Diff.  
 de Nexo Lotharingiae cum Regno Germaniae.

i) Hinc nexui feudali nihil derogaffe Bullam,

docet 10. WOLFG. TEXTOR Iur. Publ. Stat.  
 Imp. Tit. XI. n. 170.

k) HENRICVS KINSCHOT Tract. I. an Bra-



## IV

LATIUS patet, nec ad Brabantiae saltem Ducatum spectat, quamuis BRABANTINVM dici soleat, PRIVILEGIVM. Ceteras etiam terras, IOHANNI III obsequio addictas, Lotharingiam, Limburgum et Antwerpiae Marchiam, Brabantiae Ducatui unitam, ambitu suo complectitur. Hae prouinciae omnes, earundemque duces, maiestatem Imperii Romano-Germanici, tum quoad nexum feudalem, tum quoad iurisdictionem, agnoscebant, seque agnoscere publice profitebantur.<sup>b</sup> Id igitur agit CAROLI Bulla, ut fori priuilegio eas muniat, et ab Imperii eximat iurisdictione, de cetero uero nexus earundem cum Imperio intactum intemeratumque relinquat.<sup>c</sup> Haec priuilegii uis est, haec uirtus. Hanc sane Imperatores, quos CAROLVS IV succedaneos habuit, agnouerunt, imo passim suis diplomatibus aut confirmarunt, aut auxerunt. SIGISMUNDI priuilegium, Burgundo anno MCCCCXXIV Budae datum, diserte nouum robur Bullae Carolinae tribuit.<sup>d</sup> Idem hoc FRIDERICI IV et MAXIMILIANI I Codicillis factum esse, contendit CHIFLETIVS,<sup>e</sup> penes quem tamen, quod ad FRIDERICVM attinet, sit fides. Nullam enim cum addat probationem, dubium relinquit lectoris animum. Sane, an CHIFLETIO credendum, subdubitat THYLEMARIUS.<sup>m</sup> MAXIMILIANVM I  
B 3 uero

Bantia sit patria iuris scripti? cap. 2. n. 7.  
Add. Illufr. IO. IAC. MASCOVII Diff.  
de Nexus Lotharingiae cum Regno Germaniae  
§. 23. pag. 35.

142  
l) IO. IAC. CHIFLETIVS in Alsacia vindicata  
cap. X. pag. 69.  
m) HENR. GÜNT. THYLEMARIUS de Bullis  
Access. VI. pag. 5.



uero Bullam confirmasse, imo extendisse, quamuis THULEMARIUS dubitet, ego nolim refragari. Diplomatis quidem copia mihi non facta. Verum enim uero Principem imperii video in suo suffragio, quod infra<sup>n</sup> recenzebo, ad hanc MAXIMILIANI I extensionem Bullae prouocasse. Tum, CAROLI V auspicio, Bullam Brabantinam auctiorem reddidit partim decretum confirmatorium, anno MDXXX impetratum, <sup>o</sup> partim celebris illa Transactio Burgundica, inter Caesarem imperique Principes et Status anno MDXLVIII in Comitiis Augustanis inita, cui MAGNAE nomen, ob procerum frequentiam, inditum fuisse, Hispani memorant.<sup>p</sup> Hac nempe conuentum, ut terrae Burgundicae, quarum ambitu prouinciae, quas Bulla Brabantina spectat, comprehenduntur, non modo ab Imperii iurisdictione exemtae manerent, sed etiam, (audis Bullae ampliationem) si quis Burgundus fractae pacis publicae reus fieret, hic non ad imperii iudicia traheretur, sed perinde, ac in aliis causis, fori priuilegio gauderet, et in prouinciae suae iudicio conueniretur. <sup>q</sup> Adscribam transactionis uerba: *Es sollen auch unsere Nieder-Burgundischen Erblände mit ihrer Zugehör sonst ganz frey, ohne eingezogen Land und Fürstenthum seyn und ewig bleiben,*  
und

<sup>n</sup>) *Infra §. VII. confer uer. 5.*

<sup>o</sup>) *Eius mentionem facit Episcopus Hildesiensis in suffragio, quod in Comitiis Ratisbonensis a. 1641. cum de Bullae Brabantinae ab usibus ageretur, edidit, apud MICH. CAST. LONDORIUM Act. Publ. Tom. I. pag. 684.*

<sup>p</sup>) *Vide libellum, quem Hispani, cum a Facie Westphalicae tractatibus arcerentur, in conuentu irenico exhibuerunt. Eum publici iuris fecit TOBIAS PFANNERVS Hisp. Pat. Wspb. Lib. V. §. 118. p. 708. Dignus est, quem legas, libellus, quippe ad commouendum lectoris animum accommodatissimus.*

und nicht weiter denn zu Einziehung der Anschläge, wie oben und bernach geschrieben steht, zu unser des heiligen Reichs Jurisdiction gezogen und erforderd werden. Deinde: Wo einen des Reichs oder bemeldter Fürstenthum und Land Verwandten, oder Unterthanen, ictis wieder den Landfrieden begegnen würde, oder sonst anderer Sachen halber, warum das wäre, gegen den andern Forderung zu haben vermeint, daß er alsdenn solches vor des Verbrechers oder Beklagten ordentlichen Obrigkeit oder Gericht suchen und ausführen solle. Hanc nimurum transactionem ratam dixere Comitia Augustana, siquidem illa in Recessu Imperii de anno MDXLVIII diserte confirmatur.<sup>154</sup> Mox etiam, si credimus Hispanis, anno MDLX, a FERDINANDO I speciali corroborata fuit decreto,<sup>155</sup> cuius tamen copiam, quicquid uestigauerim, acta publica mihi negarunt. Imo, corroboratam fuisse, subdubitare coepi, ex quo FRANCISCVS HARAEVS<sup>t</sup> fidem mihi fecit, Brabantinos anno MDLXII gubernatrici suae proposuisset, multas sibi cum Coloniensibus, Aquisgranensibus, aliisque Imperii subditis, esse controuersias, eaque de causa necessario Bullae aureae confirmationem a Caesare postulare debere, mox etiam, consentiente gubernatrice, in comitiis, Francofurti

Totus in eo occupatur, ut suadeat, terkas Burgundicas Imperii portionem haberi, imo, ut haberentur, uel immota in Imperium fide, meruisse.

q) Integrar Transactionem *Corpori Iris Publici* inferuit Illustr. 10. IAC. SCHMARS N.

XXIX. p. 180. Edit. d. a. 1735.

r) RECESSVS IMPERII d. a. 1548. §. 67.  
Nachdem anch:

s) Conf. alleg. libellum Hispanorum apud TOB.  
PFANNERVM L. C.

t) FRANCISCVS HARAEVS Hist. Duc. Brabant. Tom. III. pag. 16.



cofurti hoc anno habitis, hanc a FERDINANDO I postulasse,  
nec tamen impetrasse.

## V

IGITVR et Bullae Carolinae, et pacti lege, et Caesarum decretis, munitum erat priuilegium Brabantinum. Sed, quo minus Brabantini idem in Germaniae odium torquerent, inerat muniti nihil. Eo scilicet extendebant priuilegium, ut, subditos suos nec in foro contractus, nec in foro delicti, licet in alterutro deprehenderentur, conueniri iudicarique posse, contendenter, et, si quid eius rei fieret, represalias et arresta, etiam contra tertios innocentes, decernerent, imo priuilegii, quam uocabant, uiolationem, ui armata sarcendam esse, existimarent. Quae interpretatio, quanto violentior uidebatur,<sup>u</sup> tanto uicinis prouinciis, Circulis praesertim Westphalico et Saxonico, erat molestior, horumque commerciis inimicior. Imo eo procedebant Brabantini, ut Imperii subditos, si cum suis lis intercederet, ad sua iudicia euocarent. Inde iam anno MDLXXXII querelae ad Caesarem et Comitia Augustana delatae. Mox uero bis repetitae in Comitiis Ratisbonensibus anno MDXCIV et MDXCVIII, quo quidem anno, cum serio de iis actum esset, in Recessu<sup>w</sup> promisit Caesar, RUDOLPHVS II, se his Bullae Brabantinae abusibus intercessurum.

Audias

<sup>u</sup>) Vid. IAC. BERNH. MVLTZIUS Maist. Imper. Inri suo offert. Part. II, Cap. IX, §. 6. n. 70.

Audias Caesarem: Ob wir nun auch wohl bey wahrender dieser Reichs-Versammlung, auf Anhalten der Niederländischen Westphälischen Creyß-Stände, erinnert worden, was bey vorigen gehaltenen Reichs-Tagen sie für unterschiedliche Klagen und Beschwehrungen, von wegen den Brabantischen Proceß und Evocationen eingeführet, auch noch täglich je länger je mehr damit beschwehret werden sollen, angebracht, was auch Uns bey jüngster Reichs-Versammlung allhier an. 1594. wie diesen Beschwerlichkeiten mit andern Processen zu begegnen, und abzuhelfen seyn möchte, Uns für ein Bedencken dem allgemeinen Reichs-Beschluß einzuvorleiben überreicht worden, und derwegen jetzo unterthanig ersuchet, dasselb, was also bedacht, durch jetzigen Abschied zu bekraftigen; So haben Wir Uns jedoch dahin erklährt und erbothen, Unsern Herrn Bruder, Erzherzog ALBERTVM, jetzigen General-Gubernatorn der Niederland etc. nachmahls zu des Reichs und derselben klagenden Stände Bestes, zu endlicher Abhelfung solcher Beschwehrung zu ersuchen, und an Uns nichts ermängeln zu lassen, obn Zweifel, Seine L. werde sich also darauf erzeigen, daß es keines weitern Procedirens bedörffe. Sollte es aber über geschöpfste Zuversicht ja nicht helfen, und keine Abschaffung dieser Dinge an berührten Orten erfolgen, sondern des Reichs Ständ und Unterthanen einen Weg als den andern mit solchen Brabantischen Processen und Evocationen angefochten werden,

C

wollen

EDICTUS RECESSVS IMPERII de a. 1594. §. 77.



1602

wollen Wir alsdenn gern ferner das thun, was nach Befindung Uns  
Unsers Kayserlichen Ampts halben obliegt, und was sonst von den  
Ständen an die Hand geben worden. Sed quicquid Caesar inter-  
cederet, tantum aberat, ut eliminari posset, ut potius incrementa  
caperet, malum. Renascens enim seculum nouas edidit querelas,  
máxime anno MDCIII, in Comitiis Ratisbonensibus, agitatas. Cir-  
culi enim Westphalici nomine literae in Concilio Statuum exhi-  
bitae<sup>x</sup> fuerunt, quarum pars huius est tenoris: Obwohl die Stände  
der anno 1598 von der Römisch. Kayserl. Majest. allergnädigsten  
Vertröstung nach, anders nicht verhofft, denn es sollen solche Brä-  
bandische Proceß und Evocationes auf der vertrösteten Kayserl. Er-  
innerung eingestellt und abgeschafft, und des heiligen Reichs Stände  
bey ordentlichen Rechten und des heiligen Reichs Gerichts-Zwang ge-  
lassen seyn, so haben doch die anwesende Fürfl. Gülichisch und Liitt-  
tische, auch beeder Städte Cöln und Aach Ræthe und Abgesandte,  
nach der Länge vorbracht und ausgeführt, daß solche Proceß und  
Evocationes wieder dero selben Unterthanen, Bürger und Eingesessene,  
je langer, je mehr continuirt, und stärcker als niemahln zuvor ge-  
trieben werden. Iam ad se spectare Circuli Westphalici querelas,  
cum intelligeret Legatus Burgundicus, his se immiscebatur, suisque  
literis Bullae Brabantinae causam grauter orans, nihil in Imperii  
fraudem fieri, sed quicquid adhuc factum, Bullae tenori mire con-  
sonum

<sup>x</sup>) Apud MICHAEL. CAST. LONDORPIVM Act. Public. Tom. V. pag. 687.

sonum esse, affluerabat. Harum quidem literarum partem adscri-  
 psisse non piget, cum non modo, quam uim Brabantini Bullae  
 Carolinae tribuerint, egregie doceat, sed ipsi quoque Imperii Status  
 in iteratis querelis ad easdem prouocent.<sup>y)</sup> Hac formula utitur  
 Burgundus: *Ist zu wissen, daß alle und jede des Herzogthums Bra-  
 bant Unterthanen, kraft eines ihnen von weyland Kayser CARLN  
 IV allergnädigst gegebenen, auch von vorgedachten regierenden Rö-  
 mischen Kaysern confirmirten Privilegii, welches die guldene Bull  
 genandt wird, weder an Leib noch Guth, an einigen Ort des Reichs  
 arrestirt werden können. Immassen alle und jede, so einige Perso-  
 nal-Action gegen gemeldte Brabantische Unterthanen haben, solche  
 vor ihren gebührlichen Richter, darunter sie gesessen, anstellen müf-  
 sen, derowegen denn die Regierung befugt und authorisirt, allen de-  
 nenjenigen, so derowegen an ihren Personen oder Gütern im Reich  
 beschwehrt, gebührliche Provision-Rechtens zu ertheilen.* Und seyn  
 geklagte Brabantische Procesß auf das Privilegium fundirt, haben  
 auch die Ständ sich soviel weniger zu beschwehren, weil es den Ge-  
 meinen ganz conform, und gleichmäßig dadurch versehen, daß ein  
 jedweder vor seinem gebührlichen Richter, worunter er gesessen,  
 den Rechtstand anzunehmen schuldig, derowegen denn auch vermög  
 gemeiner Reichs-Constitution, Mandata S. D, am Kayserlichen Cam-  
 mer-Gericht gegen die Arrestanten erkendt, und die Parteyen an

## C 2

ibre

y) Infra dicetur s. VII.

z) Apud LONDORIUM loc. cit. pag. 688.



ihre gebührliche Richter und Obrigkeit angewiesen werden, wie  
menniglich bewußt, und obwohl der Ständ Abgesandte hierauf repli-  
ciren möchten, daß unter diesen Schein viel andere, so nicht Brab-  
bänder seyn, oder sich davor ausgeben, gegen die im Reich gesessene  
Arresten, Proceß bey der Regierung, oder Canzley in Brabant,  
ausbringen, so ist zu antworten, daß der Richter, allezeit auf der  
Partheyen angeben, Proceß erkennen muß, und stehtet denen Par-  
theyen frey, ihre Exceptiones fürzubringen, dergestalt, daß wenn  
der Impetrant kein Brabander ist, die Proceß cassirt, und er in die  
Unkosten verwiesen würde. - Ist auch klar und offenbar, daß die  
Regierung, wie auch das Herzogthum Brabant, dem Heil. Reich  
einigerley Weiß nit unterworffen ist, dasselb auch über dasjenige,  
so kraft angezogener güldenen Bull durch gemeldte Regierung zwi-  
schen streitigen Partheyen, so daselbst den Reichs-Ständ angenommen,  
verordnet wird, keine Cognition einnehmen soll. Vtrinque uero re-  
acriter disceptata, medelam non repérere Comitia. Nihil certe  
in eius anni Recessu, ea de re, cautum leges.

## VI

PERDVANTE igitur malo, non perdurare non poterant  
Statuum querelæ. His scilicet ferax erat annus MDC XXXVIII,  
quo Circuli Westphalici Status, quam male secum agerent Braban-  
tini, nouo libello comprehendebant, cuius summa capita recitasse  
1638 luua-



iuuabit:<sup>a</sup> Es haben uns unterschiedliche dieses Creyßes angelörige dis-  
seits des Rheins gefessene Mitglieder und Stände zu erkennen gegeben,  
was müssen dieselben und dero Unterthanen durch den Burgundischen  
Creyß, sonderlich aber die Brabandische und Gelderische Regierung,  
fast große Trangsaal und Beschwerniß mit Anstellung der Evocations-  
Proceßien, Repressalien und andern Zunöthigungen, untern Praetext  
der güldnen Bull, ja zuweilen umb gar geringer und unbefugter Ur-  
sachen willen, überfallen, und damit von einer Zeit zu der andern  
eben starck vielfältig continuirt, und soweit verfahren werde, daß  
wenn gleich entweder beede streitende Partheyen, so in Rechtfertigung  
gerathen, oder doch der Beklagter in eines Standts Landen gefessen,  
oder auch die strittige Güter notorie in dessen Territorio gelegen, und  
also die jurisdiction tam in personalibus quam realibus, fundirt, ja auch  
zum öftern, wenn sich die Partheyen selbst vor der Landes Obrigkeiten  
Recht einläßet, demnach den succumbirenden Theil, ungeachtet ihme  
das Recht weder vermögert noch verzogen ist, wenn er sich nur bey  
der Brabandischen oder Gelderischen Regierung angiebt, und daselbst  
niedersezt oder in Dienste einläßt, nit allein außer, sondern auch  
numehr einer Lands, uff des heil. Reichs Boden, welches vor diesen  
noch niemahln von der Königl. Maj. zu Hispanien geschehen, alsbald  
desjenigen Landsherren, Landskosten und Unterthanen, wenn gleich  
solcher implorant von der ausgesprochener Urtel entweder an E. K. M.

C 3

Hoff-

<sup>a)</sup> Hunc exhibet IDEM l. cit. pag. 689.



Hoffrath oder Kays. Cammer-Gericht, appellirt, contra eiusmodi appellationem et illa indecisa pendente, die Handt gebotten, und mit geswinden in den Rechten und heilsamen Reichsfazungen so hoch verbottenen Arrest und Repressalien, gewasneter Hand zu verfahren erlaubt, in der Churfürsten, und Ständ des Reichs Landen verhengt worden, wie denn unter allen vielen Exemplin und Fällen sich noch erst vor menig Wochen zugetragen hätte, daß das Schloss und Unterherrlichkeit Durnich, welches notorie nicht allein in Gälischischen Gebieth und Territorio gelegen, sondern auch desselben angehörig Lehn und Untersassen-gut ist, auf Anhalt der Gebrüder von Geller zu Arsten, aus Verordnung des Cardinal-Infante durch eine Anzahl Spanischen Kriegs-Volcks bey nechtlicher Weile gewaltsamter Weiß wvære occupirt wvorden, und annoch besetzt bliebe, - und obgleich an Fürstl. Gälische Seite solche Beschaffenheit des Herrn Cardinal Infante Hochfürstl. Durchbl. umständlich remonstrirt, und um wvieder abführung ihrer Soldaten, Ansuchung geschehn, so hatt sie doch solches bis dahero nit allein erhalten können, sondern noch darzu vernehmen müßsen, daß dergleichen noch mehr vorgenommen wverden sollten. Wenn denn solches der klagender Craiß Ständ suchen aller Billigkeit gemäß, auch zu Conservation Ihrer und des H. R. Regalien, Hoch-Ober- und Gerechtigkeit gerichtet - als ist unser allerunterthänigste Bitt etc. Verum et hic annus nihil opis attulit. Attulere tamen proxima Co-  
mitia,

¶ Nam, Pacis Westphalicae Praeliminaria hoc  
anno Hamburgi lancita, atque subscripta.

fuisse, testantur Acta Pacis. Conf. 10. GO-  
DOFR. DE MEIERN Acta Pac. Westphal.

mitia, in quibus de hoc argumento actum disputatumque copiosius.

## VII

NIMIRVM ille ipse annus MDXL<sup>1</sup>, quo uniuersa Germania,  
diurno belli tumultu quaessata, pacari primum coepit,<sup>b</sup> hac etiam  
re memorabilis habetur in actis publicis, quod de Bullae Brabantinae  
abusibus adeo prolixo tractatum sit, ut nunquam alias prolixius. Et  
enim pars consultationum, quibus Imperii Proceres, in Comitiis Ra-  
tisbonensibus, eo anno habitis, uocabant, plane absoluerebat controuer-  
siam, inter Circuli Westphalici Status et legatos Burgundicos agitata.  
Isti enim grauaminum, ex iniqua Priuilegii Brabantini interpretatione  
natorum, molem peculiari scripto complectebantur, cui Burgun-  
dici legati, ne causam Brabantinam deserere uiderentur, aliud scri-  
ptum opponebant, quod utrumque tandem secuta Procerum suf-  
fragia. Ut accurate intelligas, quid inter utramque partem dis-  
ceptatum fuerit, potissimas utriusque scripti lineas excerptam. West-  
phalici aiunt: *c Was in annis 1582. 1594. 1598. 1603. und vorhin auf  
gehaltenen Reichs- und Deputations-Tagen von denen Ständen wie-  
der des CAROLI IV dem Herzogthum Brabant vermeintlich ertheil-  
ter, und von der jetzigen Inhabere gemeldter Landschaften zu  
gänglichen Untergang der benachbarten Reichs-Stand wieder den  
klahren Buchstaben mißbrauchter güldener Bull, vor hochbeschwerte-*  
*liche*

Tom. I. pag. 8.

c) LONDORPIVS Act. Publ. Tom. V. pag. 685.



liche Klagen vielfältig einkommen, solches wird gnugsam bekandt seyn, immassen man sich auf die Protocollen beziehen und nur das letzte an. 1603 übergebene Memorial samt der Niederburgundischen Abgesandten Verantwort, wie auch anno 1638 abgelassene Suppli- cation zu Nachricht beylegen. Ob man nun wohl der trößlichen Hoffnung gelebt, es würde - die wirkliche Abschaffung erfolget seyn, so hat es doch soweit daran gemangelt, daß die vorige Be- schwörden durch des Raths von Brabant unbillige Extension ermel- deter güldener Bull, und thätliche Verfahrungh sich noch vermehr- te, - ja so gar dahin kommt, daß die Brabantische Ministri auf diesen Vorwendungen bestehen dürffen. Daß sie nehmlich I) niemand andern, als sich selbst, für einen Interpretēm dieser Bull erkennen theten, da doch notorii iuris, quod interpretatio Privilegii sit penes concedentem, zu geschweigen, daß die Reichs-Stände, quorum in- terest, diese angemaste güldene Bull niemahls acceptirt, auch Imperator concedens denenjelben nicht aufdringen können, und obgleich vielgemeldte Ständ diese Bullam, wie billig hätte geschehen sollen, eingewilliget, de quo tamen non constat, so ist doch nicht verosimile, daß sie ihnen und ihrer Posterität eine solche unchristliche Servitut, und wieder alle Vernunft und teutsche Freyheit lauffendes Onus, aufgebürdet haben würden, II) trägt ermeldter Rath keinen Scheu, öffentlich zu behaupten, und diese vermeinte Bullam soweit zu er- strecken, daß wieder die Brabantische Unterthanen, oder welche

sich



sich auf eine Zeitlang daselbst haußlich niederlassen, im Römischen Reich so wenig in Realibus in loco rei sitae, als in Criminalibus et ciuilibus in loco delicti uel contractus, einige indicatur, vielweniger Straff vorzunehmen. - III) Weil auch dieses fürgetrungen worden, wenn jemand in Imperio wohnhaft, aus demselben, etiam post latam sententiam definitiā in Imperio, uel propter rem in eo sitam, vor den Rath von Brabant evocirt wird, und nur ad declinandum forum comparirt, quod propter comparisonem et intromissionem se faciat subiectum, im Fall er denn nicht erscheinet, wird gegen ihn in contumaciam unverzüglich verfahren, gleich einen andern Brabandischen Unterthanen condemnirt, und durch Represalien gegen den unschuldigen R. Ständen und Unterthanen die Execution, so weit ihre Waffen reichen können, vorgenommen, immassen denn - auch wohl der Reus im heil. Reich wohnhaft, als auch die strittig gemachte Güter in Imperio gelegen, und also nicht in solis personalibus, wie an Brabantischer Seiten vorgeben, in favorem eines, Bellerbuschen genandt, dessen ganze vermeinte Prætension sich über 14000 Rthlr. nicht erstrecken thut, über 25000 Rthlr. tertius und ganz unschuldigen Leuten, indem ihre in Brabant gelegene Güter sub hasta vor halb Geld plus offerenti verkauft, abgenommen worden. - IV) Wird von ihnen dem Reich eine gar zu gefährliche und weit ausnehmende Consequenz aus dieser prætendirten guldenen Bull aufgebürdet, nehmlich daß alle Brabandische Unterthanen vor ihren

D

im



im Röm. Reich situirten Gütern zu der Türcken-Steuer, Cammer-Gerichts Unterhalt, verwilligten Römer-Monath und andern Reichs-Anlagen, keinen Pfennig contribuiren wollen. - V) Wenn ein Fürst, Graf, Herr oder Edelmann einen Beamten oder berechneten Diener in seinen im Reich gelegenen Graf- und Herrschaften in Bestellung annimmt, und denselben amoviren oder zu Ablegung seiner Rechnung halten wollte, dem Diener aber weder eins noch das andre gefallen thut, muß überall die vermeinte güldne Bulla ihme zu einer Manutenenz oder Diebstahl dienen, - will auch gar nichts gelten, wenn gleich gemeldter Diener bey Antretung seiner Dienst mit corporalischen Eyd auf das vermeintes Privilegium der güldenen Bulla renuncirt, sondern wird ausdrücklich von den Brabandern sustinirt. - VI) Hat oftgemeldter Rath nunmehro in die 30 Jahr in Observanz gehabt, daß sie fast alle 4 oder 5 Jahr armata manu an allen Orten ihre Limites beziehen, da sie denn allemahl weiter und weiter eingreissen, auch wohl gar Dörffer und Clöster, ihren Gefallen nach, zu sich ziehen. - VII) Wenn ein Brabandischer Unterthan von einem Reichs-Stand ein Feudum besitzt, Feloniam begehet, von dem Domino directo auf die Caducitat coram paribus curiae, wie rechtens, procedirt, auch der Reus an das Kayserliche Cammer-Gericht appellirt hat, gebrauchen sie sich dennoch ebenfalls der Repressalien, biß man alle Processus auf hebt, und vor ihren Iudicio zu recht

d) Hinc anno 1690 Capitulationi Josephinae inseruerunt: *Dass die Recktfertigung nach Holland gesogen worden.* Vid. infra §. XL. n. 2.



recht steht. - Wasm nun aus diesen allen sonnenclar erscheinet,  
daß auf solche Weiß nicht allein das Herzogthum Brabant fast  
nacher Jurisdiction über die Benachbarten ihnen nicht zugehörige  
Reichs-Provincien und deren Unterthanen, als das Recht selbsten,  
sich annaßt, sondern auch die Staden von Holland bereits dieselbe  
Proceduren, mit dem Vorwand, daß sie ratione des Particuls, so  
sie in Brabant innen haben, nicht weniger als Ihre K. M. in Hispanien,  
dazu berechtiget, ungeschenet imitiren, und gleichergestalt die  
Repressalien vornehmen.<sup>d</sup> - Als gelanget - der Stände Bitt, Sie  
geruhren dies hochimportirende Werck in reife Consideration zu zie-  
hen, und bey Kayf. Maj. dabin zu dirigiren, damit vor Ende dieses  
Reichstags oftberührtes wieder alle Vernunft prætendirtes Privile-  
gium aureae Bullae, oder potius insupportabile onus Imperii, aufge-  
hoben und abolirt werde. - At Burgundici legati in omnia alia eunt.  
Primum Bullam laudant, tum pergunt:<sup>e</sup> Ad id, quod allegatur de  
**ABVSIBVS dicti PRIVILEGI**, quasi extra eius terminos sicut euoca-  
tiones, respondetur, Regis Catholici, Belgarum Principis, men-  
tem nunquam fuisse, nec esse, abusibus indulgendi, utque priuilegium  
ultra, quam par est, extendatur. Sed et Regii ministri, Cancella-  
rius præsertim, et Consilium Brabantiae, qui priuilegii prædicti  
casuumque ab eo dependentium iudices sunt, non alio studio ducuntur,  
quam ut in controuersiis, priuilegium hoc concernentibus, aequa lance,

## D 2

affectu,

<sup>e)</sup> LONDORFIVS Act. Publ. Tom. V. pag. 690.



affectu, odioque procul habitis, iustitiam sibi concreditam, prout de-  
cet, partibus administrent. - Ad I) quo supplicantes conquerun-  
tur, quod Brabantiae Cancellaria se gerat pro interprete priuilegii,  
dicunt Burgundici delegati, quod per diplomata Caesarea, quibus  
priuilegium illud concessum et auctum est, Cancellarius ac Consiliarii  
Brabantiae constituti sunt, eiusdem cognitores, conservatores ac Exe-  
cutores, quibus perinde competit plena causarum exinde emergen-  
tium ac dependentium cognitio. Et haec cognitio ab interpretatione  
longe est diuersa. Cognoscit Senatus Brabantiae de causis, quae ad  
priuilegium hoc, Bullamque auream, spectant, iudicando iuxta eius  
tenorem, claramque uerborum dispositionem, dubiorum interpreta-  
tio ei, cuius est, relinquitur. Obiicitur, Bullam hanc a Statibus Imperii  
non fuisse acceptatam, aut saltem de ea non constare, uerum  
quis hodie inuestigabit ea, quae a trecentis pene annis acta, gesta  
sunt. - Verum expressa satis est acceptatio ea, quae in Imperii re-  
cessibus continetur, nominatim anni 1598, quo priuilegium hoc pro in-  
dubitate habetur, ac duntaxat de obuiandis excessibus cautum est. -  
Ad II) quod proponitur de materiis criminalibus, impenditur tenor  
Bullae, qui sic sonat: quod nullus in quibusunque causis civilibus aut  
criminalibus, res uitam uel honorem contingentibus, aliquam iurisdi-  
ctionem in subditos dicti Ducatus exercere praesumat. Ad III)  
Non credunt, in processibus concernentibus dictam Bullam in materia  
exceptionis declinatoriae aliter procedi aut iudicari, quam iuxta iu-  
ris

ris et stili communis rationem. - Ad IV) respondetur, quod, si Brabantinus possideat bona sita in Imperio, Contributionibus aliisque oneribus Imperii obnoxia, ipse aut eius colonus, ad eorum solutionem indubie tenetur, nec creditur, quod uirtute Bullae ea in parte datum sit aliquod impedimentum. - Ad V) respondetur, quod, cum administrator bonorum pro rationibus reddendis teneatur, consequens est, quod Brabantus, qui bona extra Brabantiam sita administravit, non secus ac ex alio quoquis contractu uirtute dictae Bullae non, nisi coram suo iudice, sit conueniendum. An autem priuatus Priuilegio dictae Bullae renunciare possit, quæstio est altioris indaginis, nec huius loci et materiae. - Ad VI) respondetur, hoc alienum esse ab hac materia, nec unum cum alio esse confundendum. Alia limitum quæstio est, alia euocationum ac processuum, de quibus agitur. - Ad VII) respondetur, thesin propositam esse subobscuram, ac alias generalem, ad quam proinde non cadit responsio. Quod ad Hollandos attinet, qui par priuilegium usurpare obtendunt, non est Burgundicorum, de super respondere, nisi quod credant, eiusmodi priuilegium non posse derivari in rebelles ac iniustos possessores, praesertim cum concessum sit IOANNI, Brabantiae Duci pro eo, heredibus et successoribus, quod ad subditos rebelles applicari non potest. - Vtraque tandem parte audita, a Principibus Imperii in suffragia itur, f ubi pluri sentiunt: Daß Ibro Kays. Maj. zu bitten, sich allerg. ædig. zu

D 3

inter-

<sup>f)</sup> Haec recenser IDEM l. cit. pag. 680. seq.



interponiren, damit den Beschwehrden abgeholfen und hingegen dem Herzogthum Burgund an ihren Rechten nichts verfängliches fürgenommen werden möchte; Alius tamen subiungit: Daß solche Beschwehrden wieder die gemeine Kayserliche Rechte und Reichs-Constitutiones, zu Schmälerung der Kayserl. Hoheit, und dem ganzen Reich zu grossen Präjudiz lieffsen, daher es billig bey dem, was anno 1548 zwischen Burgund- und Westphälischen Ständen geschlossen und verglichen, zu verbleiben, und solches um so viel mehr, 1) Weiln die Brabantische Bull, so sie durchsehen, diejenige Fäll, so vom Westphälischen Creyß geklaget, nicht in sich begreiffst, 2) So wären die Extensiones, so von MAXIMILIANO I<sup>o</sup> und CAROLO V geschehen, nicht also zu verstehen, wie sie von Burgund ausgelegt würden. 3) Und da schon solche Extensiones geschehen wären, so sey doch noch eine grosse Sorg, ob ein solches ohne Vorwissen der Churfürsten und Ständ ihren Vigor haben könne, 4) Wäre auch solche Bull nicht in allen Fällen, wie von Burgund angezogen, in usum kommen, 5) Und da auch schon anno 1549 Extensiones geschehen, sey ihnen doch anno 1548 durch selbigen Accord wieder derogirt worden. Alius: Sie hätten die Brabantische Bull in Deliberation gezogen, und so viel befunden, daß selbige güldene Bull an sich selbst in seiner Substanz billig bestehet, und dabey sein Verbleiben habe, weil solche denen Reichs-Constitutionibus nicht præjudicirlichen. Die Controversia bestünde

g) MAXIMILIANVM I Bullam confirmasse,  
præter CHIFLETII testimonium, supra

f. IV. n. l. allegatum, ex hoc principali suffragio intelligi.

stände allein in Excessibus, und wegen ungleicher Interpretation, da-  
 her diese Grauamina rührten. Reliquorum suffragia, inter quae  
 Hildesiense, ob rerum, quas tractat, argumenta, memorabile ui-  
 detur, quamuis hanc materiam admodum illustrent, adscribere;  
 prolixitas eorundem uetat. Si uolupe sit, ipsum tu consule LON-  
 DORPIV M. Quem uero effectum, re ad Caesarem delata, sorti-  
 tae fuerint hae Principum consultationes, disces ex Recessu Impe-  
 rii, in quo grauiter Augustissimus FERDINANDVS III; <sup>4</sup>  
 Nachdem auch die Stände des Niederländisch-Westphälischen Creys-  
 ses sich jetzo abermahls gar hoch beklagt, daß die Brabantische Regie-  
 rung zu Brüssel, untern Vorwand eines von K. Carlin den IV er-  
 haltenen Privilegiis, welches sie die Brabantische Guldene Bull nennen,  
 ihnen allerhand unleidliche Beschränkungen zufügten, sowohl in  
 personal als real Sprüchen, da auch solche außer ihrer der Regierung  
 Gebiet, vel ratione contractus, vel delicti, vorgeloffen, obschon der schul-  
 dige an solchen Ort sich befindet, die Obrigkeitliche Erkenntniß nicht  
 verstatthen wollen, und zu dessen Behauptung mit verbottener und zwar  
 solchen schwerekren Repressalien de facto verfahren, daß oftmahls in  
 einer Sach, welche nur 100 Gulden werth, bey 10000 Gulden oder mehr  
 tertius innocentibus vorenthalten und eingezogen, auch in die benach-  
 barten Landen mit gewaffneter Hand gerückt, und adeliche Hauser  
 und Schlößer, mehremahls occupirt und eingenommen werden, solches  
 alles

RECESSVS IMPERII de anno 1621. §. 94 et 95.



alles aber denen gemeinen Rechten, Reichs-Satzungen, dem Vertrag von an. 1548 und mehr andern, auch dem wahren Verstand des angezogenen Privilegii selbst, zuwieder läuft, immassen es denn die Abgesandte des Nieder-Burgundischen Creyßes aufm Reichstag anno 1603 selbst also gedeutet, daß es nehmlich secundum Ius commune und nur dahin zu verstehen, daß die Brabantische Unterthanen in personalibus extra territorium nicht zu evociren, oder die Proceß ab arresto wieder sie anzufangen; So haben wir auf der Churfürsten und Stände Abgesandten unterthänigstes Bitten uns allergnädigst erboten, sowohl des Königs in Hispanien als des Cardinal-Infante L. L. beweglichst zu ersuchen und zu erinnern, daß dergleichen hochschwerliche und unbillige Verfahrungen alsbald abgeschafft, künftig allerdings verhütet, auch den Beleidigten umb ihre erlittene Schäden genugsamir Abtrag verstattet werde, nicht zweifelnd, daß unsre freundliche Abmahn- und Erinnerung gebührend beobachtet und ohne Frucht nicht abgeben werde; im vviederigen, und da gegen alle bessere Zuversicht mit solchen Thätlichkeiten ein als des andern Weg fortgefahren vverden sollte, vvenn sie sich derer in den Reichs-Satzungen aufgerichteten Landfriedens und Executions-Ordnung erlaubten Mittel nach Nothdurft und ihrer selbst eygenen oder der bedrängten Rettung gebrauchen.

## VIII

<sup>1)</sup> Nempe peculiare de commerciis scriptum conuentui exhibebant ciuitates, ad quod ipsac,

prouocant in tractatibus Pacis apud 10.  
GOD. DE MEIERN Act. Pac. Westph. Tom.



## VIII

Quod ergo ex actis Comitiorum apparet, rerum satge-  
runt et Status Imperii, et ipse Augustissimus Caesar, ut Bullae Bra-  
bantinae abusus coërcerentur. Vti uero Hispanis persuaderi non  
poterat, se Bulla abuti, ita sequentes anni easdem ediderunt que-  
relas. Cum enim, in Pacis Westphalicae tractatibus, qui iam anno  
**MDCXL** auspicium ceperant, tandem anno **MDCXLVI** Germa-  
niae praesertim res accuratius ageretur, et inter pacifcentes con-  
ueniret, ut peculiari capite, quod **DE COMMERCIIIS** inscriptum,  
quid quisque pacifcentium, commerciis Germaniae profuturum, iu-  
dicaret, comprehendenderetur, ciuitates Imperii, praeuia cum ciui-  
tibus Hanseaticis deliberatione, concilio irenico suadebant, ut  
Bullae abusibus, quibus, ad turbanda commercia, nihil efficacius es-  
set, obuiam iretur. Suadentibus assentiebant Principes Euange-  
lici,<sup>k</sup> qui diserte: *Man hält ebenfalls recht und billig zu seyn, daß die Repressalien zu Hemm- und Sperrung derer Commercien nicht zu exerciren, sondern ultiro citroque abzustellen seyn, es auch dahin zu vermitteln, damit die Brabantische güldne Bull, unter deren Vorwand denen commercirenden allerhand unleidentliche Beschwehrungen zugefüget, alsbald abgeschaffet, und dadurch ein und andre unbillige Verfabrung ins künftige allerdings verbüten bleiben möge.*

E

Quo

**II.** pag. 958. et **Tom. III.** pag. 79. Scripti  
tamē copiam Acta non faciunt.

**k)** *Im Bedenken in punto commerciorum apud  
laudarum DE MEIERN Act. Pac. Westphal.  
Tom. II. pag. 976.*



Quo uero iustior erat Statuum querela, eo curatius id agebant pa-  
 1647 cientes, ut non modo, cum anno 1647 futuri Instrumenti  
 schemata inuicem sibi offerrent,<sup>1)</sup> bis clausula, de tollendo Bullae  
 abusu, infereretur, sed etiam in ipso Instrumento Pacis, quod anno  
 1648 M D C X L V I I I confectum subscriptumque, de tollendo, expresse  
 caueretur.<sup>2)</sup>

## IX

V A L I D I S S I M O nunc praesidio, aduersus omnem Brabantii-  
 norum iniuriam, Germaniam crederes munitam fuisse, cum in  
 eodem parando et Caesar, et Galli, et Sueci, et Imperii Status,  
 elaborauerint. Sed tenacius erat malum, quam ut ullo remedio  
 cum potuisset exturbari. Vix lustrum exegerat pactio Westpha-  
 1653 lica, cum FERDINANDVS IV, recens electus Romanorum Rex,  
 fidem suam obstringeret:<sup>3)</sup> *Wir sollen und wollen - Churfürsten  
 und Stände des heil. Reichs und dero angehörige Unterthanen bey  
 gleichen Schutz und Administration der Inſtiz, denen Reichs-Satzun-  
 gen, Cammergerichts- Ordnungen, und Münster- und Osnabrück-  
 Friedens- Schluß, erhalten, die hierwieder eine Zeithero verübte  
 Mißbräuche der güldnen Bull, nach Inhalt des jüngsten Reichs-Ab-  
 schieds de anno 1641 und jetzt ermeldeten Frieden- Schlusses ab- und  
 eingestellt, weniger nicht denen im Jahr 1548 zwischen Burgund  
 und*

1) Haec recenset DE MEIERN Act. Pat. Westph. n) Capitulatio FERDINANDI IV de anno 1653.  
 Tom. IV. pag. 577. Tom. V. pag. 141. et pag. 457. art. VI.  
 2) Texum Instrumenti §. 1. adscriptum legis. o) Quid in Electorali Collegio a 1658 de Bullae



1658

and dem Reich aufgerichteten Austrægen und Compactaten nachgelebet werde. Tum in LEOPOLDI quoque electione res eadem agitabatur.<sup>o</sup> Hinc clare LEX REGIA;<sup>p</sup> Wir sollen und wollen darob und daran seyn, dæmit - die eine Zeitlang hierwieder verühte Missbræuche, und die unter denenselben aus der angemaßten Brabantschen güldenen Bull zu unterschiedlicher Churfürsten und Stände mercklichen Nachtheil herrührende Evocations- Processe gänzlich aufgehobt, und denen durch gedachte Brabantische Bull gravirten Ständen auf erforderten Nothfall durch das Jus retorsionis kraf tige Hülff geleistet werde. Ad quem articulum Status Imperii in ipsa electione monuerunt:<sup>q</sup> Dass, weil denen vor diesen zum öftern gethanen gütlichen Erinnerungen kein Platz gegeben (ohnangesehen sich der Burgundischer Gesandter vor diesem und sonderlich auf dem Reichstag de anno 1603 erkehret, das Privilegium anderer gestalt nicht, dann de non euocando in personalibus, secundum ius commune zu verstehen) sondern mit denen geklagten Beschwehrden, Repres salien und Excessibus, verfahren worden, ein Röm. Kayser, tragen den Ampts wegen, die beträngte klagende Reichs-Stände unter solchen gewaltsamen Proceduren länger nicht erliegen, oder trost- und hülfflos lassen, vielmehr aber ohne Verzug denen derenthalben vor lengst ausgegangenen Kayserl. Mandatis, Rescriptis und Decretis

E 2

effe-

Brabantinae abusibus actum sit, exponit 10.  
IAC. MOSER Annot. ad Capit. CAROLI VII  
Art. XXVI. §. 4.

p) Capitulatio LEOPOLDI de a. 1658 Art. VIII.

q) 10. DIETERICVS DE GÜLICH Illuftrit. et  
Recapit. Capitulationis JOSEPHI Cap. VIII.  
§. 4. pag. 89.



effectiue nachkommen, und zu Aufhebung auch Cassation der also genandten guldernen Bull und gegen die Verursacher auf den Nothfall mit Repressalien, erklaebrender Acht - mit des gesamten Reichs und der Creyßen Kriegs-Mitteln, so viel zu Erhaltung Ihrer Kayf. Maj. und des Heil. Röm. Reichs Autoritat und Reputation erfriesslich seyn wird, zu Hintertreibung solcher Proceduren und Verbüttung inskünftige, nach Inhalt der Reichs-Constitutionen, des Instrumenti Pacis, und dieser Wahl-Capitulation, würcklich verfahren wolle.

## X

1670

QVICQVID uero, de tollendo Bullae abusu, decreta et pactiones Imperii cauerent, eius rei nihil ad se pertinere, censembat Regimentum Brabantinum. Idem igitur excessus, sequentibus annis, easdem peperere Statuum querelas. Certe anno MDCLXX mense Junio in Comitiis Bullae Brabantinae mentionem iniecerunt, eiusque abrogationem, uehementer repugnante Legato Burgundico, petiere, Status.<sup>1)</sup> Imo non excessus iidem, sed maiores et intolerabiliores. Non satis enim attentata Brabantinis videbatur Imperii dignitas, si Statuum subditos euocarent, et ad sua iudicia traherent, seque trahi detrectantes arrestis coërcerent. Maius audies piaculum. Ipsos Imperii Principes euocandos duxerunt, et,

nisi

1) ILLVSTRISSIMVS AVCTOR des Europäischen Herolds P. I. Sect. 2. pag. 420. minus efficacia remedia vocat, uerbis: Et sind aber

dieses nur papiernes Mittel gewesen, die Regierung zu Brüssel in Schranken zu halten.



nisi decretis euocatoriis parerent, contumaciam arrestis, aliisque  
violentis remediis, coercendam statuit. Eiusmodi excessu p-  
fertim memorabilis est annus MDCLXXI, quo Regimentum Bru-  
xellense euocauit PHILIPPVM WILHELMVM, Comitem Palati-  
num Rheni, cuius legatus, ea de re, querelas ad Comitia detulit,  
Status Imperii implorans, ut literas dehortatorias ab Imperatore  
impetrarent, ad Gubernatorem Bruxellensem emitendas. Non  
ingratum Lectori fore existimo, si querelarum potissima capita  
recensuero. Scribit Legatus: *Weiln verdrißlich fallen würde,*  
*wenn die von mehr als 100 Jahren bisshero fast auf allen Reichs- und*  
*Deputations-Tegen, von verschiedenen Churfürsten und Ständen,*  
*und darunter auch Ihro Hochfürstl. Durchl. zu Pfalz-Neuburg, wie-*  
*der die also genandte Brabantische Bull, und daraus angemäßte um-*  
*leidentliche Beschwehrde, von Zeit zu Zeit schrift- und mündlich ge-*  
*führte, ex Actis publicis bekandte, Klagen aufs neue vorstellen sollte,*  
*so will man der Kürze halber - nur folgendes eröffnen, daß die*  
*Hochgeb. Frau Elisabetha, Fürstin von Hohenzollern, gebohrne Gre-*  
*fin von Bergk, an meines gnädigsten Herrn Hochfürstl. Durchl. ein*  
*von Dero Herrn Vater, weyl. Herzogen Wolfgang Willhelm, Pfalz-*  
*Grafen bey Rhein, auf sie, Hohenzollerische Princeffin, vermeynt-*  
*lich gekommenes Kammerlehn ad 138000 Brabantische Gulden im*

s) Conf. HENR. HENNIGES Medit. ad Instrum.  
Pacis Art. IX. §. I. not. n.

t) THULEMARIUS de Bellis Access. VI. pag. 18.  
literas exhibet.



Capitali, und darob zur Jahres-Pension 3450 Gulden - jährlich abzustatten pretendirt, auch darüber zu verwichner Zeit Sr. Durchl. nach der Kön. Spanischen Legal-Cammer zu Gent in Flandern, mit dem wiederrechtlichen Begehr, evocirt hat, daß Dero in besagter Flanderischen Provinz gelegene Herrschaft Wienenthal mit Arrest beschlagen, und ihr aus selbigen Renten die vermeynte Leken-Pensiones verabfolget werden möchten. Ob nun wohl erwebter Legal-Cammer eben so wenig verborgen, als förderst der Spanischen Regierung zu Brüssel aus denen vor dieser öfters beschehenen Remonstrationen genugsam bewußt, daß Se. Durchl. mit Kayserl. Privilegio de non euocando, nec arrestando in persona et bonis, versehen, - und Ihro Durchl. Exceptionem fori declinatoriam dawieder eingewendet, - so hat man - dessen ungeachtet in obgedachter Sache sich pro iudice competente, nulliter quidem, declarirt, Sr. Hochfürstl. Durchl. litis contestationem et responsionem auferlegt, und - mit peremptorischen Terminen zugesetzt, warob sich Ihro Durchl. necessitirt gefunden, endlich der Röm. Kayf. Majestät diese gewaltige Zunöthigung zu erkennen zu geben, und um Kayf. Schutz und Manutencion gehorsamst zu ersuchen, gestalten auch Ihro Kayf. Majestät ein solch Rescriptum Dehortatorium an den vorigen Gubernatorn abgeben, und an den jetzigen renoviren lassen; - Es hat aber die geschöpfte gute Hoffnung soweit gefehlet, daß wohlgedachter Gouvernator dafür hält, durch einen

u) Auctor est SAM. PUFENDORFIVS Rerum Brandenburg. Lib. XII. §. 1.

b.  
pl.  
it  
er  
st  
io  
l  
e  
n  
io  
d  
t,  
se  
is  
n  
,  
r-  
st  
n  
g  
b  
n

enen in satis cniilibus , sed tamen negatinis , terminis gefassten Be-  
richt , seine praetensam iurisdictionem , mit dermablicher Vorbeygehung  
der also genandten Brabantischen Bull , zu behaupten ; So habe  
aus gnädigsten Befehl etc. Proinde , cum Imperii splendor et Prin-  
cipum dignitas , temeraria Bullae extensione , in discrimen adduci  
uideretur , non mirum , quod Serenissimus Brandenburgensium  
Elector , FRIDERICVS WILHELMVS , non de tollendo ABVSV am-  
plius laborandum esse censuerit , sed legato suo , anno MDCLXXIII ,  
ad tractatus Colonenses profecturo , commiserit , ut operam daret ,  
**VT BVLLA AVREA BRABANTINA ABOLERETVR , VICINIS**  
**MOLESTISSIMA .**<sup>1673</sup> Abruptis tamen tractatibus nihil inuenio , eam  
in rem , Coloniae fuisse actum . Potius insequens annus MDCLXXIV  
nouos afferebat abusus . Regimentum enim Bruxellense , ad instan-  
tiam Comitis de Beaumont , oppignorationis ius praetexentis , ali-  
quot Praefectos et urbium magistratus , Archiepiscopo et Capitulo  
Colonensi subiectos , edictalibus citabat libellis , hosque in Curia  
Colonensi affigi curabat . Hinc Colonenses ad Imperii Comitia  
rem deferebant , a Caesare codicillos , quibus irritum declararetur ,  
quicquid a Brabantinis actum , impetraturi .<sup>w</sup>  
<sup>1674</sup>

## XI

VERGENTE igitur seculo , cum , superficiem esse Bullae ab-  
usum , intelligerent Electores , IOSEPHO dignitatem Regis Roma-  
norum

w) ILLVSTRISSIMVS AVCTOR dei Europäischen Herolds Part. I. Sect. 2. pag. 240.



norum impertituri, in ipso conuentu, electionis causa habito,  
 re solicite agitata, Capitulationi eandem clausulam, quam ex Leo-  
 poldina recensui, inferendam duxerunt, nihil mutatam, nisi, quod  
 post uerba: *Die hierwieder eine Zeithero verübt Misbräuche, ad-*  
1690  
*ditum: Da zum öftern die Rechtfertigung von ibren ordentlichen*  
*Richtern des Reichs ab- und nach Holland, Brabant, und andre aus-*  
*wärtige Potentaten, gezogen werden.*<sup>a)</sup> Eandem formulam Augu-  
 stum hoc Collegium, cum CAROLO VI Imperii summam defer-  
1711  
 ret, repetiit,<sup>b)</sup> non sine felicissimo omine. Quam enim medelam,  
 inueterato malo parandam, per secula circumspexerant tum Impe-  
 ri Principes, tum Caesares, huic parandae diuinitus datum crede-  
 res CAROLVM. Vti enim, ad eliminandos Bullae Brabantinae abu-  
 sus, nihil efficacius futurum, reputabatur, quam si prouincias, au-  
 reo illo priuilegio munitas, idem moderaretur Princeps, qui Ger-  
 maniam, ita CAROLVS prudenti perfecit consilio, ut eadem in  
 Augustissimae Gentis Austriacae ditionem redirent.<sup>c)</sup> Qua re esse  
 effectum, ut non modo, licet ipsi priuilegio nihil derogaretur,<sup>b)</sup> huius  
 abusibus facilius intercederetur, quam anteriori tempore, ubi Cae-  
 sarum intercessiones interpositae apud Hispanos, irrito plerumque  
 successu,

<sup>a)</sup> Cum enim Batavi ratione locorum, quae  
 in Brabantia possident, idem ins praetende-  
 rent, et eosdem excessus, sub Bullae prae-  
 textu, admitterent, quod ex literis Circuli  
 Westphalici, et Legati Burgundici, supra §.  
 VII. pag. 27 et 29. adscriptis, patet, ad hos

extendendam esse Capitulationem, censuit  
 Electorale Collegium. Conf. HENR. HEN-  
 NIGES Medit. ad Capit. JOSEPHI Art. VIII.  
 pag. 116. not. d.

<sup>b)</sup> Capitulatio JOSEPHI de anno 1690. Art.  
 VIII. §. 1.

successi, sed etiam ipsi Brabantini, qui nunc CAROLI VI maiestatem, tum qua pars Imperii, tum qua Domus Austriae subditi, colebant, duplci hoc uinculo adstringerentur, ne quid earum rerum, quae tot querelas antea Germanis extorserant, Bullae praetextu, admitterent. Quantumuis uero securam CAROLVS praestitisse uideretur Germaniam, tamen post eius obitum, cum CAROLVS VII, Gentis Bauaricae Decus, imperatorio diademate ornaretur, Augustum Electorum Collegium, ne pristini abusus, ueluti postliminio, redirent, sapientissime cavit, eandemque formulam, qua CAROLI VI fidem obstrinxerat, nisi quod uoces: nach Holland, Brabant, omiscae, Capitulationi nouae inseruit, quam, postmodo totidem uerbis repetitam, legis in Capitulatione GLORIOSISSIMI IMPERATORIS, FRANCISCI I, cuius in manu iam sita est uniuersae salus Germaniae. Quanto uero AVGSTISSIMVS FRANCISCVS, SERENISSIMAE MARIAE THERESIAE, tot prouinciarum regnorumque Heredis, connubio, felicior factus, tanto ea res ad augendam Germaniae, uti gloriam, ita felicitatem, est accommodatior. Scilicet inter argu-

F

menta

a) Capitulatio CAROLI VI de anno 1711 Art. XXVII. §. 1.

stipulatus est Rex Galliae in PAC. RYS. WIC. Art. XXVIII.

a) Vid. PAC. RYSWIC. Art. XIX.

c) Capitulatio CAROLI VII de anno 1742 Art. XXVI. §. 4.

b) Omnia enim Belgarum priuilegia salua fore

d) Capitulatio FRANCISCI I de anno 1745 Art. XXVI. §. 4.

1742

1745



menta felicitatis et hoc reputandum, quod prouinciae et regna, quibus imperat MARIA THERESIA, et Germaniae prouinciae, quas moderatur FRANCISCVS, non possint non, utriusque sui Principis, AVGUSTI AVGUSTAEQUE, exemplo, inuicem sibi bene cupere, mutuoque ueluti foedere et amicitia coniungi. Iam uero, cum AVGUSTAE ditionibus adscripti sint Brabantini, inde amplissimam spem, imo omen, capimus, FRANCISCI Imperium, quod superi perpetuent, uti reliqua seculi felicitate, ita hac praesertim laude, posteris memorabile futurum, quod nulos BULLAE ABVSVS uiderit Germania.

## XII

HAEC Germaniae felicitas etiam si digna sit, quam plausu nostro, publicisque gaudiis, excipiamus, aliam tamen, et illustriorem quidem, plaudendi gaudendique materiam nobis ministrat hic ipse, quem, DEI immortalis beneficio, felicissime agimus, annus. Qui enim centesimus est a parte PACE WESTPHALICA, illo Germaniae felicitatis palladio, nobis in memoriam reuocat beneficii, quo per SECVLIDECVR-

SVM

SVM fruiti sumus, magnitudinem, simulque gratam quandam  
 congratulandi inuicem, et SECVLARIA GAVDIA peragen-  
 di, necessitatem imponit. Haec cum animo meo obuersetur,  
 a me impetrare non possum, quin rerum satagam, ut haec  
 quoque Academia aliquod publici gaudii documentum, secu-  
 läremque quandam celebritatem, edidisse dicatur. Quod igitur  
 feliciter faustaque eueniat, proximum diem xxiv Octobr.  
 quo ipso, ante hos centum annos, PAX WESTPHALICA,  
 EX PACIS SENTIVM SVBSCRIPTIONE, robur suum  
 uigoremque accepit, SECVLARI ORATIONE prosequi insti-  
 tui. Nec, feliciter euenturum esse, omine bono destitutor.  
 Institutum enim, quod uere glorior, ratum dixere AVGV-  
 STISSIMI REGIS iterati CODICILLI, eo mihi, et  
 bono cuilibet, sanctiores reputandi, quo magis incertum re-  
 linquent, utrum in me, an uero in literas, sint indulgentio-  
 res. Tanto igitur maiori cum fiducia Vos alloquor, RECTOR  
 ACADEMIAE MAGNIFICE, PATRES CONSCRIPTI, CIVES  
 ACADEMIAE, reliqui tandem LITERARVM STVDIORVMQUE  
 FAVTORES. Sponte quidem efficiet humanitas Vestra, ut



huius diei celebritas, Vesta frequentia, auctior et illustrior  
reddatur. Ne tamen meam humanitatem desideretis, idem  
hoc a Vobis impetrare annitor, officiosa prece, cui Vos an-  
nuetis eo facilius, quo luculentius intelligitis, me non alia re,  
quam pietate et religione, qua publicam Germaniae feli-  
citatem prosequar, excitatum agitatumque  
esse.



ORATIO

O R A T I O  
S E C V L A R I S

О Т А Я О

Д А П Ч Е Д

ORATIONE  
SECVLARI  
IPSO  
PACIS WESTPHALICAE  
CENTESIMO NATALI  
D. XXIV OCTOBR  
A. P. S. cīcīccxlviii  
IN  
PANEKYRI ACADEMICA  
RECITATA  
PACEM WESTPHALICAM  
PLANE INTER EXEMPLA HABERI  
DEMONSTRAT  
ERNESTVS MARTINV S CHLADENIVS D  
IVR. FEVD. PROF. PVBL. ASSESSOR CVR. PROVINC. VIC  
ET FACVLT. IVRID. EXTR

L A B O R I U S

E S Q U I L A S T R E P T U M B I D A N T

S E N E C A

Nos quoque aliquid ipsi faciamus animose

ut simus inter exempla

L A B O R I U S E S Q U I L A S T R E P T U M B I D A N T

L A B O R I U S E S Q U I L A S T R E P T U M B I D A N T

C O M P O N E A U T H O R I T Y E X A M P L A


C O M P O N E A U T H O R I T Y E X A M P L A

C O M P O N E A U T H O R I T Y E X A M P L A

C O M P O N E A U T H O R I T Y E X A M P L A

C O M P O N E A U T H O R I T Y E X A M P L A

C O M P O N E A U T H O R I T Y E X A M P L A



O R A T I O  
S E C V L A R I S

Q VAM uicissitudinem amoris ludo inesse aiunt: BEL-  
LVM, PAX RVR SVM,<sup>1</sup> ea populos et regna uer-  
sat, prouinciarumque fata, ueluti quadam sua lance,  
dispensat. Scilicet alternis uicibus recurrit, et quasi  
in orbem ire solet, BELLI PACISQUE tempus, imo, ut accuratius  
recurrat, alterum alteri ministerium et mutuam opem praestat.  
BELLO decertamus, ut maturemus pacem.<sup>2</sup> PACIS tempore  
uires et commeatum paramus, ut futura bella melius instruantur.<sup>3</sup>

G

Haec,

1) TERENTIVS *Eun. A. I. Sc. I.* n. 16.

2) Consentit CICERO *de Offic. L. I. c. 11 et 23.*

3) Eleganter PLUTARCHVS *de fortuna Rom.*

p. m. 338. Numae regnum, ob pacis diu-  
turnitatem, laudatur, ait: *Istius temporis  
pax uidetur Romanis quasi commeatus suisse ad*



Haec, inquam, uicissitudo, dum homines, dum secula, fuerunt, imperia et regna agitauit. Agitauit etiam, imo adhuc agitat, hanc, quam incolimus, Germaniam, ita ut hanc seculi partem belli discrimina occupent, proximam olea nobilitet, sequentem praelia funestent, et, quid huius rei proximus quisque annus sit allaturus, nunquam satis cautum uideatur. Hoc argumentum, uti tot seculorum experientia firmatum comprobatumque est, ita multum momenti habet, ut, qua laude, qua praerogativa, hic ipse, quem agimus, annus commendabilis sit, rectius intelligatur. Nempe, uicissitudinis illius plane expers, quoties, seculorum decursu, recurrit, toties Germaniae provincias in foedera, in concordiam, uel inter se, uel cum aliis, coire iubet, publicamque tranquillitatem nouo quodam, et ualido, munit praesidio. Quartum huius rei experimentum hoc anno capimus. Etenim, quicquid dissidii quondam inter Imperium et Sedem Romanam intercesserat, ante hos TRECENTOS annos, composuerunt CONCORDATA NATIONIS GERMANICAE.<sup>4</sup> Turbatis Germaniae rebus, propulsaeque

bella; quae postmodo inciderunt, sustinenda, et  
athletae in sua populus certaminibus, sub Romano  
obitu, in pace XLIII annorum corpore exercita-  
ta, uires sufficientes, aduersus hostes futuros,  
parauisse.

<sup>4)</sup> Nempe, quamvis CONCORDATIS subscri-  
ptus plerumque legatur annus 1447, ut  
apud GOLDASTVM Confit. Imper. Tom. I.  
p. 408. annum tamen 1448 scribendum esse,

inde colligo, quod NICOLAVS Papa iste-  
dem subscriferit anno Pontificatus secundo,  
hic uero ipso anno 1447 Pontifex fuerit ele-  
ctus. Conf. HENR. CANISII Not. ad hanc  
Concordatam.

<sup>5)</sup> PAX PVBLICA, in Comitis Augustae Vin-  
delicorum habitis, anno 1548 renouata.



saeque propemodum securitati, ante hos **DVCENTOS** annos, intercessit **PAX PUBLICA**, CAROLI V auspicio reparata.<sup>5</sup> Conclusam diuturno belli tumultu Germaniam, imo Europam, ante hos **CENTVM** annos, instaurauit **PACTIO WESTPHALICA**.<sup>6</sup> Tandem, quid huic seculo commodi afferat **PRAESENS ANNVS**, publice intelligitur, siquidem noua pactione uidemus coalescere populos, octenni fere bello collisos, et qui pene implacabili odio dissidere credebantur. Imo spem publice concipimus amplissimam, hunc ipsum mensem, qui secularia gaudia edit, firmatae pacis nouae nuncio nobilitatum iri.\*

Multiplici igitur **PACIS VBERTATE** cum memorabilis uideatur hic annus, piaculum foret, et uere literarum rubor, si sine quadam religione, sine secularibus gaudiis, eundem transigeremus, nec publico quodam documento, nec eloquio nostro, quanti felicitatem seculi reputemus, posteris testaremur. **Quod enim TVL-LIVS contendit, ELOVENTIAM PACIS COMITEM ESSE**,<sup>7</sup> id nostro quoque, qui **PACIFERO ANNO**, superum uirtute, inter-

## G 2

sumūs,

<sup>5)</sup> INSTRVMENTO PACIS WESTPHALICAE a pacificentibus anno 1648 subscrīptum.

\* Ratum superi dixerunt hoc uaticinium. Num enim typis describitur oratio secularis, in nuperissima Panegyri recitata, publica fert fama, Pacem, in qua perficienda tot potentissimi Principes elaborarunt, die 18 Octobris Aquitani, Legatorum subsciptione corroboratam fuisse. Faxit **DEVS**

<sup>7)</sup> CICERO in Bruto cap. 12.

Immortalis, ut noua haec sanctio, quae non modo Pactio Westphalicae nouum robur conciliat, sed etiam secularē hunc annum postferis memorabiliorē reddit, Pacis Westphalicae uirtutē, nulla nō re, imitetur, ut habeant nepotes, quo RACEM A QVIS GRANENSEM, suo seculo, censeant INTER EXEMPLIA.



sumus, exemplo, fas est, comprobari; et eo quidem magis, quo praestantior et copiosior est fructus, qui ex pactionibus, quas superioribus seculis idem annus quadragesimus octauus attulit, in universam Germaniam redundavit, et redundat etiam nunc. Haereo tantum in PACTIO WESTPHALICA, cuius centesimum natalem hoc ipso die<sup>8</sup> celebramus, et quae sola uberrimam dicendi copiam ministrat. Haec uero quam fructuosa Germaniae fuerit, si comprehendere quis uelit compendio, is dicat fructuosissimam. Certe, si accurate ISOCRATES<sup>9</sup> iudicauit, PERFECTAE PACIS fructus his potissimum momentis absolui, quod respublica in tuto collocetur, quod eorum, quae ad uitam degendam attinent, copiis augeamur, quod inter nos ipsi consentiamus, quod etiam apud alios gloria floreamus, si, inquam, is accurate iudicauit, Paci Westphalicae ad PERFECTAE PACIS laudem nihil deesse uidetur. Iстis nimirum fructibus est feracissima. In tuto collocauit Germaniam, tutamque praestitit in centesimum hunc annum. Omnipotens genae

<sup>8)</sup> Nimirum, quod ex Actis publicis apparet, imo peruulgatum est, die  $\frac{1}{2} \text{ et } 4$  Octobr. 1648 instrumento subscipere pacientes. Tamen repertus est, qui me, hoc anno 1748 iubila parantem, grauissimi erroris argueret, multoque miseri contenderet, differenda esse gaudia secularia in annum 1750; Non dum anno 1648 pristinae tranquillitati et securitati restituant, externaque milite libertatem, fuisse Germaniam; Anno denum 1650 hanc laudem deberi, quo, Recessus Norimbergensis ministerio, Paci Westphalicae robur additum; Imo et eodem anno

1650 universas terras Saxonicas, hanc quoque Academiam, Serenissimi Electoris iussu, ob recuperatam pacem, supplications publicas instituisse; Standum esse maiorum moribus, cetera. Ego uero errasse nec mihi uisus sum, nec multis aliis, quos consului, prudentioribus quidem uiris. Qui enim non recuperatae firmataeque per omnem Germaniam tranquillitatis, non liberatae ab extero milite Germanias, non confecti Recessus Norimbergensis, sed SANGITAE, id est, FACISCENTIVM SUBSCRIPTIONE CORROBORATAE, PACIS WESTPHALICAE.



genae felicitatis copia auxit, aeternoque foedere iunxit, Germaniae populos. Eius denique uirtute effectum est, ut Germani nominis gloria, qua illud pridem late floruerat, maiora ceperit incrementa. Imo non hac tantum, sed omni reliqua, laude ita abundant, ut prorsus **INTER EXEMPLA** haberri mereatur. Habet igitur Germania, habemus et nos, Germaniae portio, ut hunc diem, pacis natalem, quem Germanicae felicitatis et gloriae **PALILIA** commode dixero, quanta possimus, religione ac pietate professu quamur.

Scilicet Vos, Auditores, Vestram pietatem, Vestram religionem, publica inter gaudia, desiderari non permittitis. Huic enim, simul humanitati Vestrae, tribuo, quod haec, quam institui, celebritas splendore suo et frequentia non destituatur. Agnosco uoluntatem Vestram, fidemque meam obstringo, huius benevolentiae, nullo unquam tempore, me futurum immemorem. Iam uero, nisi fallor, ut ego uicem reddam, meamque pietatem, qua

G 3 secula-

**CÆS.**, secularem memoriam celebrare constitueram, non aliud tempus solemnitati poteram destinare, quam illum ipsum diem, quo pax subscripta, illumque annum, qui a fancira Pace uere est centesimus. Tum, cum nostra aetas hanc secularem memoriam **PRIMA VICE** concelebreret, minus accurate dictum de moribus maiorum. Hi supplicationes habebant, ob nuper firmatam pacem, nos secularia expeditius gaudia. Imo minimus, maiores nostros non tantum annum 1650, sed etiam annos 1649 et 1648, gaudiis publicis impendisse, ut infra dice-

*tut not. 33 et 34.* Neque uero prolixa disce-  
ptione opus est. Omnen controv ersiam,  
omnemque erroris suspicione, plane di-  
lunt Sapientissimae Indulgentissimaeque  
**AVGVSTISSIMI REGIS, FRIDE-  
RICI AVGVSTI,** Literæ, quae ratam  
dileunt secularem, quam dies xxiv Octo-  
bris est editura, celebritatem. Hoc, quo  
uect gloriari possum, praesidio tutus, haec  
secularia peragam strenue. Petagent et alii  
plures, quod exponam *infra n. 40.*

90 *ISOCRATES de Pace, circa insit.*



secularem diem prosequar, publice comprobem; quodam iure  
Vestro, poscitis. Huius igitur documentum edere aggredior, et  
tanto quidem maiori cum uoluptate, quanto aequiores Vos iudi-  
ces mihi futuros confidere possum. Id uero aget pietas, eo spe-  
cibus orationis filum, ut, PACEM WESTPHALICAM PLANE  
INTER EXEMPLA HABERI, strictim demonstrem. Vos, Au-  
ditores, quo estis in me animo, demonstranti fauebitis, imo, ut  
faueatis, et orationis dignitatem non ex uerborum cultu, qui nul-  
lam eloquentiae artem spirabit, sed ex pio dicentis animo, aesti-  
metis, quantum possum, officiose a Vobis contendeo.

PACIS DULCE NOMEN esse, ueterum est cantilena.<sup>10)</sup> DUL-  
CEDINEM uero metiuntur ex belli, quod quamque pacem prae-  
cedat, acerbitate, ita, ut, quanto uehementius fremuerit belli  
tempestas, tanto dulciorem reputent pacem, quae tempestatem  
illam excipiat et componat. Iam, si DULCEDINEM, qua com-  
mendabilis uideatur PAX WESTPHALICA, hoc modulo, nimi-  
rum EX BELLI DIVTVRNITATE, metiamur, eadem ita abun-  
dantem deprehendemus, ut non alia pax uideri possit abundantior.  
Evidem non exsequor legionum ducumque facinora, mutuas cla-  
des, sanguine madentes campos, dirutas captasque urbes, et qui  
reliqui belli casus Germaniam pessundederunt. Nefas iudico, se-  
cularia

10) CICERO Philipp. II. c. 44.

11) PLINIUS Paneg. cap. 5. n. 8.

12) Scilicet Pacis Praeliminaria iam anno 1641  
Hamburgi sancta fuerunt. Ipsi uero Pa-



cularia haec gaudia tristum commemoratione foedare. Ut tamen ex his ipsis tristibus aliquod gaudii argumentum capiam, mouet exemplum PLINII, qui pacem, TRAIANI tempore florentem, laudaturus, laudis materiam carpit ex ipsis, quae praecesserant, turbis. Audiatis laudatorem: <sup>11</sup> *Sicut maris coelique temperiem turbines tempestatesque commendant, ita AD AVGENDAM PACIS Tuae GRATIAM, illum tumultum praecessisse crediderim.* Ita PLINIVS. Ecquid uero ad augendam PACIS WESTPHALICAE GRATIAM, addo DULCEDINEM, accommodatius, quam quod diuturnus, et TRICENNALIS quidem, belli tumultus eam praecessit. Imo, crederetis, hunc, quadam prouidentiae lege, praecessisse, ut modo Germanis pax obtingeret, quae gratia et dulcedine sua EXEMPLI LAVDEM mereretur.

Iam, cum ad ipsas consultationes, componendi tumultus causa habitas, animum aduerto, plura se sponte offerunt momenta, PACIS WESTPHALICAE praestantiam, imo, praeceteris pacis tractatibus, praerogatiuam, arguentia. Primum in hoc haereo, quod agitandis consiliis septem, et quod excurrit, annos erogatos fuisse, Pacis acta testentur. <sup>12</sup> Hoc scilicet ut laudi tribuam, a sententia non dimouet scriptor, qui, oratione ambigua, et fere ad satyram composita, docet, morosos fuisse pacis tractatus, et testudineo

<sup>11</sup>is tractatibus demum anno 1648 Monasterii subscriptum fuit.



*dineo gradu medelam languenti Germaniae allatam fuisse.*<sup>13)</sup> De qua enim pace omen erat, in secula duraturam, populorumque securitati grande praesidium, imo quoddam palladium, daturam esse, eam, fas erat, non molli manu, nec praecipitato consilio, parari. Experientia enim firmatum erat, quo citius pax paretur, eo perire citius. Accurate igitur, si quid iudico, Caesaris legati, inter ipsas consultationes, reliquis legatis, qui, moras necti, conquerebantur, responderunt: *Sat cito, si sat bene; indulgendum tantisper esse moris, si perennantem Germania pacem optaret.*<sup>14)</sup> Imo accurate hos respondisse, si quo alias, nostro certe, tempore intelligitur, quo non tam PERENNARE, quam plane IN SECVL AIRE, uideamus pacem, fere octenni consultatione partam. Quas igitur moras, si modo moras recte dico, pacientes, sapienti prorsus consilio, nexerunt, hae ipsae celebrem quendam scriptorem mouent, ut pacem Westphalicam plane inter SECVL MIRACVL A habeat.<sup>15)</sup> Ego uero non fallar, si, uel hoc nomine, eam censem INTER EXEMPLA.

Illustrius iam inuenio momentum. Cum enim ad consultantium coetum respicio, tantus oculis exhibetur splendor, tamque nobilis

13) BVRGOLDENSIS Notif. Rev. Illistr. Imp. Rom. Germ. P. I. Dift. 2. membr. 1.

14) Rem narrat BVRGOLDENSIS I. c. ubi uerba legatorum resert: *Sollte der Friede Bestand*

haben, müsse man sich auch darnach schicken.

15) IO. PETRVS DE LVDEWIG in Gel. Anzei- gen de anno 1733. n. 160. pag. 615. ubi ait: *Man hält den Westphälischen Frieden von 1648 bis 1648 vor ein ZEIT-WYNDER, wyl vor*

nobilis pompa, ut, illustrius quicquam aut dari, aut fingi, posse, negem. Tanti uidetur, Auditores, in huius spectaculi communionem Vos adsciuisse, in quo confiendo tot regna et populi elaborarunt. Videatis splendidissimum concilium, in quo nullius regis, aut principis, aut reipublicae, legatio desideretur. Videatis tot viros, ex robore et flore nobilitatis delectos, uti muneris dignitate, et externo splendore, ita prudentia et reliqua uirtute, quae principis oratorem ornat, ornatisimos, atque prorsus incertum, plusne specie sua, an uero sapientia et consiliorum praestantia, conspicuos. Haec ipsa igitur CONCILII DIGNITAS cum tanta sit, ut, si quis publica seculi cuiusque acta replicet, nec maiorem, nec parem, inueniat,<sup>16</sup> Vestrum assensum merebitur scriptor,<sup>17</sup> qui consultantium coetum TOTIVS EVROPAE COMPENDIVM uocat, et ego forsitan merebor, si, ipsam PACEM WESTPHALICAM, tanta dignitate, tanto splendore, memorabilem, plane EXEMPLVM uideri, contendam.

Ab isthoc pompa spectaculo, cum ad negotiorum, quibus agitandis splendidissimum concilium uacauit, et molem, et grauitatem, diuertor, plane exuberat laudis argumentum, cuius tan-

## H

tum

dem keine Friedens- Handlung so viele Tage, als jetzt 8 Jahre, sich hinaus gezogen.

<sup>16)</sup> ABRAHAM WICQUEFORT, l' Ambassadeur Liv. II. Sect. XIII. pag. 177. Depuis plusieurs siecles il ne s'est point fait de negociation,

tion, où tant de Monarques, Potentats et Princes soient intervenus et où on ait employé un si grand nombre d'habiles Ministres, qu'au Congrès de Westphalie.

<sup>17)</sup> BVKGOLDENSIS Notit. rer. illustr. I. 8.



tum summam accipite. Publica scriptorum est confessio, nullum unquam, si retroacta secula spectemus, pacis tractatum tot ac tantis, tamque perplexis, negotiis foecundum fuisse, quam Westphalicum. Verum et hoc confitentur, nullum pacis tractatum legatorum tum industria, tum prudentia, qua utraque omnis negotiorum difficultas sublata, aequa esse commendabilem. INDUSTRIAM uel inde intelligitis, quod, ne diebus quidem dominicis, otium sibi dari, crediderint, quod, dirimendis grauissimis controversiis, ipsa conuiua, saepe etiam eam diei partem, impenderint,<sup>18</sup> qua

- - - *Signa cadentia somnos  
Suadent.*

PRUDENTIAM loquitur integra Instrumenti Pacis Westphalicae compages, in qua, ut BVRGOLDENSIS uere ait, omnia adeo prudenter, temperanter, et moderate, composita, ut melius nequeant. Igitur, et hoc nomine, EXEMPLI LADEM paci tribuo, imo, ut tribuam, mihi exemplum praeuiuit WICQUEFORTIVS,<sup>19</sup> quem ducem eo Iubentius sequor, cum apud omnes in pretio ueretur uiri uirtus.

Quantum uero momenti ad exempli laudem, Paci Westphalicae impertiendam, habere uideantur ea, quae dixi, dissimulare tamen

<sup>18)</sup> Conf. BVRGOLDENSIS loc. cit.

<sup>19)</sup> ABRAHAM WICQUEFORT, l' Ambassadeur

Liv. II. Sect. XIIII. pag. 147. Depuis plusieurs siecles il ne s'est point fait de negocios

◆ ◆ ◆ ◆ ◆

tamen non possum, me adhuc in laudis iestibulo, et tantisper, quod aiunt, in cortice, haesisse. Vberiorem laudis copiam praebet ipsa Pacis compositio, in qua legatorum prudentia, quid posse, uidetur esse experta. Evidem non aggredior, ex singulis Instrumenti capitulis prudentiae notas exquirere. Nec, si aggredierer, rem digne exsequi, permitterent orationis cancelli. Alia igitur via incedam, et, ut paciscentium prudentiam et artificium probe intelligatis, duo praesertim momenta exponam, utrumque itidem argumento futurum, **INTER EXEMPLA**, et, si quid **EXEMPLO** maius, haberi Pacem Westphalicam. Primum momentum, ne mea tantum fide sustineatur, instruat **CICERO**. Hic testis est,<sup>20</sup> AD CONSTITVENDAM REMPVBLICAM, si non OPTIMAM, tamen ALIQUAM, nihil magis conferre, quam **PACEM**, QVAE NIHIL HABITVRA SIT INSIDIARVM. Quo testimonio, uti nihil accuratius, ita nec, ad arguendam Pacis Westphalicae praestantiam, quicquam aptius. Pluribus enim exemplis edocti sumus, facile pacis tractatibus eam adhaerere labem, quod lubrica, et simulata tantum, fide coalescant, et, cum pristinam paciscentium similitatem non tollant, sed prorogenent, induciae magis, quam pax, dici mereantur, quin et callido suo tenore, uerborumque destinata mobilitate, mox noua, nisi bella, certe dissimilatio-

H 2

dia,

*tion, où il ait fallu vaincre tant de difficultés,  
et où il se soit rencontré tant d'intérêts diffé-*

*rents et opposés, qu'au congrès de Westphalie.  
20) CICERO Offic. Lib. I. c. II.*



dia, cieant. Huius uero rei nihil Pax Westphalica. Fide Germana, hoc est, fallere et simulare nescia, coaluit. Quicquid simultatis tricennale bellum alterat, prorsus expulit. Callidi nihil inest. Contra paciscentium candorem ubique spirat. Quae uirtus cum luculenter eniteat, facile Vestrum obtinebo suffragium, si Paci Westphalicae hanc laudem tribuam, quod **NIHIL HABEAT**, nec **HABITURA SIT, INSIDIARVM.** Quo uero magis uacat insidiis, eo proprius accedit ad eam laudem, quod **AD CONSTITVENDAM REMPVBPLICAM**, non **ALIQVAM**, sed **OPTIMAM**, nihil unquam fuerit efficacius. Vere enim, si per secula eamus, et utramque Imperii fortunam, casus et discrimina, curate dimetiamur, subducto tandem calculo, intelligetur, nullo aeuo melius sibi constitisse Germaniae populorum tranquillitatem, concordiam, et reliquam felicitatem, quam hoc ipso seculo, cuius centesimum annum iam exegimus, imo plane publicae felicitatis aeram, inde a nata Pace Westphalica, supputandam uideri. Nihil igitur mirum, quod

## AVGV-

- 21) Capitulationes FERDINANDI IV, LEO-POLDI, JOSEPHI, CAROLI VI, CAROLI VII ET FRANCISCI I Art. 2. Pacem Westphalicam diserte appellant *ein immerzährendes Band zwischen Haupt und Gliedern, und dieser unter sich selbst.*
- 22) Sic, ut exemplis res confiter, in Pacis Neomagenis tractatibus Galliae Regis legatus testatur: *Dass Ille Kon. Maj. sonst nichts höher verlangt, als dass die Westphälischen Friedens-Tractaten, von welchen jederzeit das gute Vertrauen zwischen dem Röm. Reiche und dem*

*Könige von Frankreich hieb vor dependiret hat, in seinem Vigore und Wachsthum erhalten werden möchten, und wollen Ihre Königl. Majestät mit höchster Vergnigung es dakin vermittelten helfen, dass solche zu voriger Observanz und Autorität wieder gesetzten mögen, Sie wird auch nicht geringere Freude darob empfinden, wenn Sie sehen wird, dass Deutschland wegen so ewigischer Befestigung dieser Westphälischen Friedens-Tractaten, und wegen des daraus hängenden Friedens und der allgemeinen Sicherheit, sich Ihr wird verbinden sehen müssen. Et Suecus: Wie hoch*



AVGVSTISSIMI IMPERATORES, qui, per seculi huius decursum, Germaniam moderati sunt, rei Germanicae florem in Pacis huius conseruatione sitam esse, in Capitulationibus suis, fateantur, eamque hoc elogio ornent, quod sit AMORIS quoddam VINCVLVM, quo Imperii caput et membra bene inter se concordent.<sup>21</sup> Imo non Germanorum tantum rempublicam constituit formauitque. Reliqui etiam populi, populorumque regnatores, hanc laudem sibi vindicant, et satis operose testantur, nisi salua PACE WESTPHALICA, se saluos esse non posse. Res est, uere ad delectationem composita, ex actis publicis intellectissime, quam rerum satagere soleant reges et principes, foedera et pactiones cum Germanis inituri, ut Pacem hanc saluam praestent; quam sibi laudi et gloriae ducant, in promouendo eiusdem uigore operam posuisse;<sup>22</sup> quam denique, nouam pacem sanctiuri, id sedulo eurent, ut huic robur et auctoritas ex ipsa Pace Westphalica concilietur.<sup>23</sup> Hinc quotquot fere, inde a stabilita hac Pace, pactiones publicas, Germanorum

## H 3

Ibro Koenigl. Maj. zu Schweden sich jederzeit das Heil und die Ruhe des H. R. R. in Erhaltung des Westphälischen Friedens, angelegen seyn lassen, werden seine Actiones zny Gnige dartun. Conf. IO. LEONARD. SAVTERI Acta Pacis Neomag. Part. II. pag. 24 et 25.

<sup>23</sup>) Huius etiam rei exempli praebent tractatus Pacis Neomagenis. Diserte Gallus: Es bleibt Ibro Koenigl. Majestät nochmals fest und beständig bey ihnen ostmals wiederholten öffentlichen Erklärungen, daß sie bey denen hier bevor ausgerichteten Westphälischen Friedens-Tractaten es unverrückt bewenden, auch gerne

geschehen lassen wolle, daß gegenwärtige Friedens-Tractaten nach denselben eingerichtet werden, und gleichsam zu einer Rückkehr dienen möchten. Idem ad Regem Daniae: Sie wollten die Waffen niedrlegen, wenn die Westphälischen Friedens-Tractaten wiederum stabilisiert würden. Et Sueus: Alles soll sich auf den Westphälischen Frieden beziehen, auch nach desselben Inhalt verstanden werden, über welchen auch vülderum streit und fest soll gehalten werden. Euolu. SAVTERI Acta Pac. Neomag. P. II. pag. 19. 20 et 198.



norum interuentu, sanctitas esse, recordemini, singulas, intelligentis, Pacem Westphalicam, tanquam **BASIN ET FUNDAMENTVM**, agnoscere,<sup>24</sup> manifesto indicio, hanc, Regum populorumque suffragio, **EXEMPLI** nomen laudemque, sua virtute, meruisse.

Sed alterum, quod expositurus sum, momentum aequum ad **EXEMPLI LAUDEM** spectat, et Pacis Westphalicae **AETERNITATE** absolvitur. Quicquid nimirum in reliquis pacis tractatibus, quotquot excutiamus, egerint pacientes, ut pacem perpetuam stabilirent, quicquid etiam alia pacis instrumenta, **PACEM FIRMANAM ET PERPETVAM FORE**, magnificis uerbis stipulata sint, plerumque tamen perpetuitas ista, paucorum annorum lapsu, euauuit, et pacientes, se **BELLI** magis **FERIAS**, quam **PACEM**, pepigisse, intellexerunt. Feliciori omni in Pacis Westphalicae tractatibus de perpetuitate conuenit. Quae enim pax tum gratia et dulcedine sua, tum pacientium industria, prudentia et candore, imo omni reliqua re, exemplum uidebatur, eam, spes indubitata<sup>25</sup> erat, sua etiam **PERENNITATE** commendabilem futuram. Nec spem,

<sup>24)</sup> Vere ad laudem Pacis Westphalicae spectant formulae, quae in recentioribus pacis instrumentis leguntur. Sic Conuentio Neomagenis, inter Caesarem et Galliarum Regem inita habet: *Es solle der zu Münster in Westphalen den 24 Oct. 1648 geschlossene Friede der festeste Grund zu dieser allerseitlichen Freundschaft und allgemeiner Befriedigung seyn. Inter Caesarem et Sueciae Regem: Der zu Osnabrück den 24 Oct. 1648 geschlossene Frieden solle*

die Grundregel dieses Vertrags seyn. Inter Galliae et Sueciae Reges et Duces Brunswicenses: *Diesveil der Westphälische Friede jederzeit das feste Fundament und Grund des Friedens und des Ruhestandes im Reiche seyn solle, so wöllen Sie denselben für eine Richtschnur dieses Friedens halten, nelsß der Verpflichtung, alles beizutragen, was zu kräftig- und geuzlicher Erhaltung befügten Westphälischen Friedens dienlich seyn mag. Quod idem conuenit inter Galliae et*

spem, iam cum a paciscentibus conceptam, fefellerit, haec ipsa dies accurate docet, qua, fortunatibus superis, **FACIS SECVLARIA**, festo quodam ritu, celebramus. Iactet igitur scriptor,<sup>26</sup> quantum uelit, et inter exempla fortunae Romanorum censeat, Numa tempus quadraginta trium annorum pacem attulisse, idque tempus non **HUMANAM PRUDENTIAM**, sed **DIVINAM FORTVNAM**, gubernasse. Illustriori fortunae exemplo gloriamur Germani. Pacem pepigimus, cuius praesidio in centesimum hunc annum tuti fuimus, et quam spes est, proximo quoque seculo, posteris praesidium fore, palladiumque. Habemus etiam, ut huius felicitatis partem aliquam **HUMANAE PRUDENTIAE**, maximam tamen **DIVINAE FORTVNAE**, tribuamus. Tum iactet Imperator, **GALLVS**, in nummo suo<sup>27</sup> **PACEM AETERNAM**. Recordamur, hanc eius temporibus maculam adhaesisse, quod, si qua pax sanciretur, huius uigor raro in annos, nunquam in seculum, iret. Accuratius nos Germani, aeternitatis laude,<sup>28</sup> celebramus, et ob hanc laudem **INTER EXEMPLA** collocamus, Pacem Westphalicam. Magnam enim

Sueciae Reges et Electorem Brandenburgiem. Confl. **SAVTERI** Acta **Pacis Neomag.** P. III. p. 12, 27, 33 et 50. Sic etiam in **Pacis Ryswicensis, Raesadiensis et Badensis**, tracribus expresse cauerit, ut **BASIS ET FUNDAMENTVM** sit Pax Westphalica.

**25)** Miror **BVRGOLDENSIS** inconstantiam, qui in **Notit. Rev. Imp. Germ.** P. I. **Dic.** 2. §. 19. ait: **Tricennale bellum nostram aetatem uidisse, omnes meninissimis, sed quis erit tam audax, qui PACEM quoque TRICENNALEM**

**VATICINETVR.** Mox uero **Dic. XVI.** §. 17 **SPES FACIS PERPETVAE** nos non **CONFEVNDET**. Etenim lites et controuerse adeo prudenter, temperanter et moderate, compositae sunt, ut omnes verum Germanicarum periti alter indicave nequeant.

**26)** **PLVTARCHVS de fortuna Rom.** p. m. 338. **27)** **LAURENTIVS BEGERVS Theſauri Brandenburgici Tom. I. pag. 735.** **28)** Huius laudis testimonium, omni exceptione maius, exhibet **Capitulatio AVGV-**



enim aeternitatis partem, seculi lapsu, peregit, maioremque peracturam esse, et spem capimus et omen prosperrimum.

Vraque uero pacis uirtus, quod insidiis careat, quod sit aeterna, sicuti paciscentium prudentiam et artificium manifeste arguit, ita ad amplificandam GERMANIAE LADEM et GLORIAM maxime est comparata. Ceteris enim populis facit fidem, Germanos priscam illam laudem, quod ingenue, quod candide, agant, quicquid agant, adhuc tueri, nullaque cum gente aut tutius, aut honestius, contrahi, quam cum Germanis. Praesertim uero res spectat ad PRINCIPVM, qui Germaniae prouincias moderantur, laudem. Etenim exploratum habemus cognitumque, ad gloriam et laudem regnantium trahi,<sup>29</sup> si populi tranquille agant, nullaque re inter se dissideant prouinciae. Iam uero PRINCIPVM GERMANIAE artificio debetur, quod Pax, EXEMPLI NOMEN habitura, regnis fuerit conciliata, huiusque ministerio populis, in centesimum hunc annum, sua constet tranquillitas, et prouincias aeterna contineat amicitia. Quid igitur mirum, quod uniuersa imperia, regna, et populi, PRINCIPES GERMANIAE, regnandi pacisendi que artibus adeo instructos, in oculis ferant, horumque in admirationem ita rapiantur, ut, bene consistere se posse, negent, nisi a

PRIN-

STISSIMI IMPERATORIS FRANCISCI I,  
art. II. § 6. et art. IV. §. 13. ubi Pax Westphalica appellatur *ein immerw  brendes Band zwischen Haupt und Gliedern und diesen unter*

*sich f  b  t, item, ein allgemeiner immerw  chrender Friede.*

29) Testem produco THEODORICVM, Gotho-

PRINCIPÉ GERMANI SANGVINIS regnentur. Carmine cedro-  
que digna res est, inde ab eo tempore, quo, Westphalicae Pacis  
virtute, seculum coepit mitescere, extera Europae regna, pene quae-  
uis, si regnatore destituerentur, ex GERMANIAE PRINCIPVM  
prouentu, quibus se suasque fortunas committerent, aeternoque  
obsequio addicerent, delegisse, imo nostra aetate duo amplissima  
regna, quorum alterum, amplitudine sua, Imperii nomen titulumque  
meruit, regnatoribus suis nondum destituta, futuros successores sibi  
adoptasse, inque splendorem suum adsciuisse, PRINCIPES GER-  
MANAE STIRPIS. Imo plura alia, nec minus illustria, prostant  
documenta, quae publice comprobant, Germaniam ex eo tempore,  
quo PACEM, EXEMPLI LAVDE praestantem, condidit, ipsam  
GLORIAE EXEMPLVM factam esse, gentium consensu.

Tanta igitur cum sit uirtutum, quae Pacem Westphalicam  
commendabilem effiant, et plane ad EXEMPLI LAVDEM eue-  
nant, ubertas, nec id cuiquam mirum videbitur, quod tantus Paci,  
recens fancitae, habitus sit honor, quantum non alia pax fuit ex-  
perta, quod etiam tot tantisque publicae laetitiae signis excepta  
fuerit, ut, uel hoc momento, digna uideatur, quam EXEMPLIS  
accenseamus. Certe, si recte TULLIUS, eam paci vim inesse,

I

dixit,

rum regem, cuius apud CASSIODORVM  
Var. Lib. I. Ep. 23. Lib. II. Ep. 29. et  
Lib. V. Ep. 39. vox est: Ad laudem regnau-  
tis trahitur, si pax ab omnibus ametur. Et:

*Regnantis est gloria, subiectorum otiosa tran-  
quillitas. Tum: Quies suauissima populi, et  
tranquilla dispositio regionum, praeconium, pro-  
batur, esse regnantium.*



dixit, quod non solum tantum, quibus natura sensum dedit, sed etiam recta et agri, ea laetari uideantur,<sup>30</sup> non alia pax hanc uim luculentius ostendit. Memoriae enim prodigium est, non tantum legatos, nouae pacis sponsores, pacis osculo, mutuisque complexibus, se excepisse, omniq[ue] re gaudii sensum prodidisse,<sup>31</sup> sed ipsos etiam Reges et Principes, publici gaudii significatione, inuicem certasse, horumque aulas festiuis plauibus personuisse, imo plane integra regna et prouincias, inque his singulas urbes, et pagos, et quicquid gaudii capax, gaudia edidisse, festiuo ritu, atque, ne ulla res, quae publicam laetitiam arguere posset, desideraretur, rerum sategisse. Supplicationes publice habitae; Ex rostris tum sacris, tum profanis, auspicales ominosique sermones recitati; Campanarum clangor, sclopetorum fragor, maiorumque machinarum, mortarium, bolidum, et, quae sunt reliqua coeli fulminantis tonantisque simulacra, displosiones usque quaque auditae; Magnifica opiparaeque, et plus quam saliares, epulae genialiter celebratae; Sparsa in populos missilia, etiam nummi, pacis schematibus conspicui; Erogata congiaria; Exhibita spectacula ludique, et admisus spectator populus; Alternantes symphoniacorum, blande modulan.

<sup>30)</sup> CICERO Agrar. II. cap. 4.

<sup>31)</sup> Conf. THEATRVM EUROPAEVM Tom. VI. p. 561. sequ.

<sup>32)</sup> In his describendis copiosus est IOANNES CHRISTIANVS LVNIGIVS Theatr. Cere-

mon. Tom. I. p. 812-833. Add. THEATRVM EUROPAEVM loc. cit.

33) Hoc enim die  $\frac{24}{24}$  Octobr. auspiciū ce-  
pisse publicam laetitiam, tētis est SAM-  
PFENDQRFIYS Rer. Scie. Lib. XX.



dulantium, chori, non modo in templis et theatris, sed etiam in publico, audit, ne ceteras gaudii publici testificationes exsequar.<sup>32</sup> His uero peragendis non hic tantum dies cessit, quo Pacis Instrumento subscripsere paciscentes,<sup>33</sup> cessit etiam reliqua anni pars, imo et proximus annus, et qui proximum sequitur.<sup>34</sup> Quae res, ut ipsa AD EXEMPLVM composita esse uidetur, ita documento est, Pacem Westphalicam, sua uirtute, iam tum a populis creditam fuisse EXEMPL O DIGNAM.

Hic uero honor cum a maioribus nostris Paci sit habitus, plane intelligimus, qualem fas sit a nobis haberi, quibus tanto uberior publici gaudii materia offertur, quanto credimur istis esse feliores. Illis enim, dum sua gaudia testificabantur, tantum blandiebatur spes FVTVRAE FELICITATIS. Nos contra maiori cum fiducia agimus. Non est, ut spe mulceamur. Ipsi felicitati publicae, quam nostri maiores sperabant futuram, intersumus, non tam testes, quam plane in eius consortium adsciti. DVLCEDINE illa, qua Pacem Westphalicam exempli nomen meruisse dixi, melius fruimur. Illorum enim animis infixa erat funestissimi belli, cui uiui uidentesque interfuerant, memoria. Haec, (quae est hominum

## I 2

## condi-

*s. 209. et LVNIGIVS loc. cit. n. XVIII.*  
34) Annis 1648 1649 et 1650 celebratae, Pacis Westphalicae causa, institutas fuisse, refert laudatus LVNIGIVS loc. cit. Conf. YOGELII Annual. Lips. ad ann. 1648, ubi

memorat, Lipsiae supplications publicas die 3 Dec. 1648 habitas, et in Pacis memoriam nummum eufum, fuisse cum lemmate: CAESARIS ET REGVM IVNXIT PAX AVREA DEXTRAS.



conditio, ut casum aliquem experti, ne idem redeat, subuera-  
mur) non poterat non inter spem metumque FVTVR TEMPO-  
RIS suspensos tenuisse. Nos uero, qui tantorum casuum expertes  
sumus, suspensos nihil tenet. Nec metus, nec alia res, dulcedi-  
nis sensum interpellat. CONSULTATIONVM DIVTVRNITA-  
TEM, qua Pax Westphalica memorabilis habetur, illi caussabantur,  
certatim conquesti, lentam sibi, nimiumque retardatam, afferri o-  
pem.<sup>35</sup> Nostro uero seculo intelligitur, non maiorum modo, sed  
nostram quoque, causam egregie egisse consultantes. Huic enim  
diuturnitati, qua maturuere consilia, deberi palam est, quod utra-  
que aetas, et quam illi transegerunt, et quam nos agimus, pari  
publicae felicitatis laude se commendet, nisi quod ea re dispa-  
simus, quod illi consultantium moras redarguerint, nos contra,  
felici euentu melius edocti, ex iisdem gaudii capiamus argumen-  
tum. Sic quoque, si reliquas Pacis Westphalicae uirtutes specie-  
mus, his plenius fruitur nostra, quam maiorum, aetas. Consul-  
tantium coetum et FREQVENTIA sua, et SPLENDORE, enituuisse,  
tum quoque, admirabili INDVSTRIA atque PRUDENTIA, diffi-  
cillimi momenti negotia dispunxisse, eius quidem rei memoria  
omnium adhuc oculis animisque, cum sua gaudia consererent, ob-  
uersabatur, sed, quae simul obuersabatur, tristium recordatio, me-  
dia inter gaudia, ancipites sollicitosque tenuit, an candide, an sine  
foco,

<sup>35</sup>) Testis est BVRGOLDENSIS Notit. ver. illustr. Germ. P. I. Disc. 2. n. 1.

fico, secum actum sit, an aetatem latura tranquillitas, multo san-  
 guinis impendio reparata, an etiam nepotum causam accurate ege-  
 rint pacientes, reliqua. Nos contra eius rei nihil perturbat. Nes  
 demum illius FREQUENTIAE, SPLENDORIS, INDVSTRIAЕ, et  
 PRUDENTIAЕ, fructum percipimus, centesimo adhuc anno.  
 Fruimur pacientium CANDORE et integritate. Fruimur Pacis  
 AETERNITATE, iamque manifestum sit, nepotum praesertim,  
 hoc est, nostram, causam pacientes egisse, siquidem, praeter  
 AETERNITATEM Pacis, et hoc commodo fruimur, quod GLO-  
 RIA, quam Pacis aeternae compositio Germanicae rei affert, no-  
 stram maxime aetatem nobilitet, nostrumque seculum collocet  
 INTER EXEMPLA.

Quod igitur accurate dixi, nos maioribus nostris multo repu-  
 tari feliores, id nos omnes, quicunque regimur sanguine uere  
 Germano, non agitare non potest, ut gaudii etiam sensu, publi-  
 caeque laetitiae significatione, maiores nostros superare annitamus,  
 omnemque demus operam, ut, qui, Pacis Westphalicae beneficio,  
 FELICITATIS ET GLORIAE EXEMPLVM dicimur, hoc etiam  
 nomine INTER EXEMPLA habeamur, quod tanto beneficio digna  
 gaudia expediuerimus. Hoc uero, uti ad uniuersam Germaniam,  
 ita ad nos praesertim, spectat, qui, DEI immortalis gratia, simul  
 AVGVSTISSIMI REGIS nostri beneficio, in hac literarum



specula collocati sumus, ut, ubicunque possimus, publica commoda, uoce spirituque, iuuemus. Nobis maxime, qui literas, illa aeternitatis instrumenta, non tam profitemur, quam manu inge-  
nioque tractamus, quaedam imposita esse uidetur necessitas, ut,  
literarum ministerio, ceteris **PUBLICA EA LAETITIAEE XEXMEPLV** praeemamus, maxime cum antiquum obtineat haec Academia, quod, **EXEMPLIE LAVDEM** ulla re sibi praeripi, non patiat-  
tur. In ipso hoc gaudii, quod peragimus, argumento, superiori  
seculo, omnium bonorum suffragio, feliciter uersata, Pace inque  
Westphalicam, nuper partam, plausibus publicis et festiuia cele-  
britate prosecuta est,<sup>36)</sup> eo quidem feliciori cum successu, quo in-  
dulgentioribus **SERENISSIMIE ELECTORIS**, **IOANNIS GEORGII** 1, Literis, quas inter Academiae cimelia adhuc religiose ser-  
uamus, ad capessenda, tum publico, tum suo, nomine, gaudia se  
commonefactam esse, gloriabatur. Mox etiam anno, qui ab haec  
festiuitate quintus fuit, secularem **PACIS RELIGIOSA EMEM** memo-  
riam, itidem **SERENISSIMIE ELECTORIS** nutu iussuque, recon-  
luit, quanta potuit, celebritate ac pompa.<sup>37)</sup> Imo, pacis gaudia  
plane

<sup>36)</sup> Scilicet ipsum **PACIFERV MDIEM XXIV** Octobr. 1648, inter spem pacis, bellique metum, adhuc suspensa, peregit Academia. Accepero uero pacis nuncio, publica gaudi-  
dia distulit in annum 1650, quo **SERENISSIMIE ELECTORIS** supplications fo-  
jennes, per omnes ditiones suas, instituen-

das, decreuit, hisque dixit diem 22 Iulii. Programma, Rectoris, **MICHAELIS WENDELERI**, nomine, hanc in rem confer-  
ptum euigatunque, exhibet **GODOFREDVS SVEVVS** in Acad. Vitemb. Histor. ad  
ann. 1650.

<sup>37)</sup> Haec celebritas instituta fuit d. 25 Septemb.

plane ad se pertinere, subsequente seculi parte, nouo exemplo, significauit. Accepto enim Pacis, Neomagi confectae, nuncio, publica instituit gaudia, suosque ciues, ut laeti hilaresque diem exigerent,<sup>38</sup> publico scripto commonuit. Nec haec solennitas felicissimo omne caruit. Fides enim Academiae facta erat, SERENISSIMI ELECTORIS, IOHANNIS GEORGII II, uocem fuisse, Rursus ac summopere se laetari, quod consilio et munere diuino tertium id consecutus fuisset, Regumque praeotentium animi conciliarentur denuo, et foedere inter se coniungerentur; Plane ad decus et amplitudinem Suam, tum ad felicitatem Suorum temporum, gloriisque Imperii, pertinere, ut huius rei, in qua reipublicae Christianae honor salusque sita esset, memoria in omnium animis uigeret, et insigne aliquid mansurumque haberet, ac splendore solennium distingueretur, maximeque celebraretur.<sup>39</sup> Hac, inquam, ELECTORIS benignissima uoce, hoc PRINCIPIS sui exemplo, excitata, publica peregit gaudia. Vos igitur iudicabitis, Auditores, quae gaudia a nobis expedienda sint, quibus, nisi maior, aequa certe, gaudendi causa offertur, nempe secularis memoria

## Pacis

1655. Conf. GODOFR. SVEVI Hist. Acad. Vitomb. ad ann. 1655, ubi SERENISSIMI ELECTORIS mandata, et formulam publicae laetitiae, indulgentissime praescripsit, item Programma, Rectoris, HENRICI COSELII, nomine, editum, inseruit.

<sup>38)</sup> Huic celebritati dies erat dies 1 Novemb.

an. 1679. Conf. CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII Programma celebritati praemissum.

<sup>39)</sup> Usus sum uerbis SCHURZFLEISCHII, quibus uocem SERENISSIMI ELECTORIS, laudatissimo Principe dignam, expressit alleg. Progr. d. a. 1679.



Pacis Westphalicae, in qua reipublicae nostrae salutem honoremque situm esse, nostis. Plane ad felicitatem nostri temporis, ad gloriam Imperii, praesertim uero ad decus et amplitudinem SERENISSIMI REGIS nostri, PRINCIPIS INCOMPARABILIS, pertinet, ut hanc memoriam seculari laetitia prosequamur. Nec minus illustre, ac maioribus obtigit, exemplum nos excitat acuitque. AVGVSTISSIMVS REX, FRIDERICVS AVGVSTVS, Germaniae, imo Europae, PRIMARIVM DECUS, REGNORVM GLORIA, PRINCEPS, Ipse SECVLI EXEMPLVM, cuius Numine res academica floret uigetque, ad nos benignissime respexit, et, omnino e re uideri, ut ANNI FELICITATEM festiuia quadam celebritate exciperemus, indulgentissimis, iisdemque iteratis, Literis nuper testatus est, et, quod beneficium posteri admirabuntur, meo instituto, quod, uti deliberatissimo consilio, ita pio in Patriam, in hanc Academiam, in Vos etiam, Patres Conscripti, animo suscepeream, clementissime annuit. Agite igitur, Auditores, et dignam CLEMENTISSIMI REGIS Gratia, dignam SECVLI FELICITATE, dignam etiam hac SECVLARI PACIS WESTPHALICAE MEMORIA, laetitiam capessite. Agite, inquam, et hunc diem, qui non nostrae tan-

tum

40) Fidem enim partim amici, cum quibus commercium literarum intercedit, partim diaria publica, mili ficerunt, HAMBVRGI,  
LVBECAE, OSNABRUGAE, ERLANGAE,

NEOSTADII ad Aischium, AVGUSTAR  
VINDELICORVM, MEINVNGAE, FREY-  
BERGAE, etc. secularem quandam celebri-  
tatem intrui, quam hic ipse mensis sit edi-

tum Academiae, sed aliis etiam locis, ecclesiis quoque, festus est,<sup>40</sup>  
utrique rei, tum admirandis huius Pacis virtutibus, tum nuncupan-  
dis uotis, impendite. Vtriusque formulam Vobis iam praeibo,  
compendio tamen comprehensam. Vos in utroque argumento  
eritis copiosiores.

Ego uero cum PACIS WESTPHALICAE ELOGIVM, quo  
singulas eius virtutes complectar, curatius meditor, rerum ampli-  
tudine et copia pene satiscit ingenium, et difficilem, video, ope-  
ram me suscepisse. Difficultatem tamen quodammodo superare  
mihi uideor, cum ad antiquitatem respicio, atque laudes, quibus  
populi, quisque suam, pacem sunt prosecuti, excutere aggredior.  
Has enim, intelligo, rectius nostro seculo, et, quae SECVL<sup>I</sup> DE-  
CVS absoluit, PACI WESTPHALICAE, accommodari. Superbit  
CARI, Imperatoris Romani, nummus hoc schemate: PAX AVGV-  
STORVM.<sup>41</sup> Quantum quantum uero concordes inter se fuerint  
eo tempore Caesares, plerumque tamen huic concordiae nihil mo-  
menti inerat ad stabiliendam felicitatem publicam. Facile enim, ut  
erat illius temporis conditio, quo melius inter Caesares conueniret,  
eo peius cum populo agebatur, nihilque huius libertati exitiosius,  
magisque extimescendum, uidebatur, quam AVGVSTORVM CON-

## K

## CORDIA.

turus. Intelligis, Lector candide, nihil  
esse, ut erroris arguar, qui plurimum uesti-  
gia et exemplum sequor. Reliqua dixi

<sup>40</sup> LAVR. BEGERVS *Theſaur. Brandenb.* Tom. II.  
<sup>41</sup> pag. 770.



**CORDIA.** Rectius contra Pacem Westphalicam dici **PACEM AVGVSTORVM**, facile consentietis, Auditores, si recordemini, Regum Principumque, quorum animos illa coniunxit, numerum, plane in exemplum, fuisse immensum.<sup>42</sup> Hac quidem tot **AVGVSTORVM CONIVNCTIONE** nihil sciatis, ad stabiliendam populorum libertatem, felicitatemque publicam, efficacius. Sed illustrius aliquod elogium circumspicienti se offert **M. OTHONIS**, Imperatoris Romani, nummus, cui magnificus titulus inscriptus: **PAX ORBIS TERRARVM.**<sup>43</sup> Verum, hanc **OTHONIS pacem** plane fabulam sapere, quis est, quin uideat? Ille Caesar, qui, caede Caesaris, imperio potitus, quem Roma, ob pessimos mores, nouique sceleris atrocitatem, tremuit, qui, dum imperium tenuit, ciuile bellum aluit, qui post tertium, a suscepto imperio, mensem foede occubuit, ille, inquam, **PACEM ORBIS TERRARVM iactat?**<sup>44</sup> Ve- rius hanc laudem Germania suae Paci, quam **ORBI**, nisi **VNIVERSO**, certe **CHRISTIANO**, dedit, impertiret. Sed, ne malo omni uertatur, nolo elogii formulam a turpissimo Romanorum mutuari. Alia igitur uia tendanda est. Opportune animo obuersatur iste ueterum ritus, quo, si qua publica ingrueret calamitas, superos propi-

42) Repete Iocum WICQUEFORTIT supra note  
16. adscriptum.

43) BEGERVS Thesaur. Brandenb. Tom. II. pag.  
627.

44) Hinc BEGERVS loc. cit. ait: In numismati-  
bus Otbo iactant Pacem et securitatem, ut

imperii sui dulcedinem commendaret, reijsa nec  
pax nec securitas fuit, et in iis non rem, sed  
spem, agnoverimus.

45) POLLIO in Gallienis cap. 51.

46) LIVIUS Hist. Lib. VII. c. 2. IVSTINVS  
Zigf. Lib. XVIII. cap. 6. et BERNESEN



propitiabant. Quicquid enim eius rei causa susciperent, sacrificia, lectisternia, librorum Sibyllae inspectionem, ludos, et quae reliqua coelestis irae placamina, Pontificali stylo, dicebant, se **PACEM DEORVM QVAERERE**,<sup>45</sup> se **PACEM DEORVM EXPOSERE**;<sup>46</sup> Et deinde, depulsa calamitate, cum superos propitiatos esse, crederent, **PACEM DEORVM** se impetrassè, gloriabantur. Quisquis uero publicam illam miseriam, quam furiale bellum communi nostrae Patriae attulerat, totque casus et pericula, quibus Germania tricennio agitata fuit, animo uoluat, simulque id reputet, omne miseriae, casuum et periculorum genus, **PACIS WESTPHALICAE ministerio ac beneficio**, a Germania fuisse depulsum, is assensum mihi præbebit, si Germaniam **PACEM DEORVM**, sive **PACEM DIVINAM** impetrassè, contendam. Imo eo accuratius contendeo, quo illustriorem huius laudis testem habeo, Serenissimum Bauariae Electorem, **MAXIMILIANVM**, qui ante hos centum annos, cum Pacis articuli ei exhiberentur, testatus est, **COELITVS DIVINITVSQVE DATAM SIBI VIDERI PACIS COMPOSITIONEM**.<sup>47</sup> Certe **DIVINAE PACIS** uirtutem non modo maiores nostri experti sunt, sed nostro etiam seculo, quod, ut **PLVTARCHVS** de **NV-**

## K 2

MAE

RVS ad hunc locum.

<sup>47)</sup> Bauarici legati die 29 Sept. 1648 Monasterii VOLLMARO fetulerunt: Se: Churfürstl. Durchl. hätten sich über der friedfertigen Stände zu Oftabnuck mit Herrn Graf Servien ab-

gehandelten Friedens-Schluß von Herzen erfreuet. Sie hätten denselben also befinden, daß solcher Frieden, ALS VON HIMMEL HERABGESCHICKT, billig zu amplexieren. VID. THEATRVM EVROPAEVM Tom. VI. pag. 381.



MAE tempore, pacis laude commendabili, ait,<sup>48)</sup> DIVINA FOR-  
TVNA GVBERNAT, ista DIVINITATE fruimur. Non igitur  
habeo, ut aliam laudis formulam circumspiciam. Non melior,  
nec ad rem accommodatior, alia erit, quam haec: Pacem  
Westphalicam DIVINAE PACIS nomen titulumque, sua uirtute,  
et meruisse, et obtinuisse.

Haec pacis conditio, quanto nostram felicitatem arguit lucu-  
lentius, quanto etiam uberiorem publici gaudii materiam nobis  
praebet, tanto uehementius nos rapit in admirationem laudem-  
que AVG VSTISSIMI REGIS, FRIDERICI  
AVG VSTI, cuius auspicio, imo CLEMENTISSIMO IVSSV,  
haec secularia gaudia peragimus. Est in confessu apud omnes,  
Principum praesertim laudem esse, si populi sua felicitate, sua  
tranquillitate, publice gaudeant. Imo ipsi subinde Principes sibi  
GLORIAE duxerunt, suos populos gaudia et publicas congratula-  
tiones instituisse. Laudati quondam Gothorum regis, THEO-  
DORICI, haec laudatissima uox fuit: LAUDES SVNT NOSTRO-  
RVM TEMPORVM, CELEBRATA GAYDIA POPVLORVM.<sup>49)</sup>  
Tum fastis, posterorumque admiratione, dignum est laudatissimi  
Saxonum Principis, IOHANNIS GEORGII II, eloquium, quo te-  
status est, AD SVVM DECVS, AD SVAM AMPLITUDINEM,  
SVORVMQVE TEMPORVM FELICITATEM, PERTINERE, VT  
PACIS,

48) PLUTARCHUS de fortuna Rom. pag. M. 338. 49) Apud CASSIODORVM Var. Lib. II. Ep. 37.

PACIS, RECENS FIRMATAE, NOMINE, PVBLICA LAETITIA  
 PERAGERETVR. <sup>50</sup> Cum igitur et haec secularia gaudia ad decus  
 et amplitudinem SERENISSIMI REGIS nostri pertineant,  
 temporumque, quae TANTI PRINCIPIS sub auspicio agimus,  
 felicitatem comprobent, temperare mihi non possum, quin ad  
 REGALE SOLIVM uenerabundus procumbam, et PRINCIPI  
 AVGVSTISSIMO pietatem, obsequium, uota, et quicquid  
 deuotissimus animus concipere potest, religiosissime deferam. Eius  
 numini prouidaeque curae debemus, quod felicitate illa, quam Pax  
 Westphalica, nostris etiam prouinciis, impertivit, in hunc usque  
 diem, secure perfruamur, hocque fructu publice gaudeamus. Quod  
 beneficium quo habetur amplius illustriusque, eo religiosius supe-  
 ris supplicamus, ut AVGVSTISSIMVM REGEM,  
 felicitatis nostraræ securitatisque STATOREM, omnigenae felicitatis  
 copia affluere, et, qui pridem GLORIAE EXEMPLVM, gentium  
 suffragio, habitus fuit, ceteris etiam felicitatis argumentis, praef-  
 fertim uero, quantam modo ferre potest humana conditio, immor-  
 talitate, EXEMPLVM fieri, iubeant; ut etiam SERENISSIMAM  
 REGINAM, totamque AVGVSTISSIMAM DOMVM,  
 in cuius flore tot populorum, imo REGVM, spes sita est, sospitent,  
 perpetuent, et tanta augeant felicitate, ut posteri habeant, quo  
 delectentur, EXEMPLVM, FRIDERICI AVGVSTI  
 PROSAPIAM.

K 3

TAN-

<sup>50</sup> Vid. *Programma CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII* supra not. 38. allegatum.



Tandem vero, cum non nostro tantum, sed uniuersæ etiam Germaniae, nomine gaudeamus, hanc quoque uotis excipio, piis magis, quam copiosis. Iubeat DVS immortalis, ut hoc beneficio, cuius secularem memoriam celebramus, proxima etiam aetate, securè fruantur omnes, qua patent, Germaniae prouinciae. Auerat quaecunque discrimina, fructum hunc interceptura, ratumque esse uelit uaticinium, quod dixi, aeternum Germaniae populis praefidum fore Pacem Westphalicam. Fortunet imperium GLORIOSISSIMI AVGVSTISSIMI QE IMPERATORIS, FRANCISCHI, cuius auspicio tranquille feliciterque iam agit Germania, EIVSQUE Consilia, quae, ad sustinendam Imperii securitatem, gloriam, splendorem, et reliquam felicitatem, capessit, indulgentissime modetur. Saluum in secula praestet, imo amplificet, Germanicae rei florem; Augeat Gloriam, eamque largiatur felicitatem, ut GERMANVM NOMEN, nullo non aevo, habeatur

INTER EXEMPLA.



CAR-

C A R M E N  
S E C V L A R E  
V E R N A C V L V M

G A L I L E  
S E C U R I T Y  
A R C H I V A L

aus  
am 24 Weinmonats 1748

das Andenken  
des  
vor hundert Jahren  
an diesen Tage  
geschlossenen

# Westphälischen Friedens

von  
D. Ernst Martin Chladenius  
des Lehrechts öffentlichen Lehrern  
auch des Hofgerichts und der Juristen-

Facultät Beyfheen

auf der Academie zu Wittenberg  
mit

einer feyerlichen Rede  
begangen wurde

führte  
bey derselben


folgende Music  
auf

M. Johann Christoph Zahn  
Acad. Mus. Dir.




Wittenberg  
Mit Schlemachischen Schriften





3. Clarin. Tymp. 2. Flaut. Travers. 2 Haußb. 4. Violin. 2. Viol. 2. Bassons.  
2. Violons. Canto. Alto. Tenore. Basso et Cembalo.



## Vor der Rede.

### ARIA.

**G**ebitterter Helden entzündete Zorn,  
Du, grimmiges Mordschwerdt, du, rasend Geschüze,  
Halt inne!

Bellona, höre auf zu toben,  
Dein Grimm und Wuth sey aufgehoben.  
Ein Friede, der beständig wär,  
Sar Deutschlands Zwist durchaus entschieden,

Er dauert nun schon hundert Jahr,  
Und ist ein Muster aller Frieden,  
Gebitterter Helden entzündete Zorn,  
Du, grimmiges Mordschwerdt, du, rasend Geschüze,  
Halt inne!

REC1.

R E C I T A T .

Ja ja, wirf nur, Germania,  
Zum Angedenken einen Blick  
Auf jene schwere Zeit zurück,  
Da du in dreißig ganzen Jahren  
Mit täglicher Gefahr, mit hundertsacher Pein,  
Des Krieges Wuth erfahren;  
Mars schloß dich allenhalben ein;  
Du sahest dessen wilde Glut  
In allen deinen Gränzen lodern.  
In Thälern, und auf den Gebürgen,  
Sahst du ihn deine Kinder würgen,  
Es pflanzten sich Angst, Brand und Mord  
In deinen Gränzen fläglich fort,  
Däß man sich fast daran gewöhnte,  
Bis endlich dir zum Glück  
Die Friedenspost erblöte.

A R I A.

Wie süße muß der Friede seyn,  
Wenn lange Noth und Krieg gewesen.  
In welcher angenehmen Ruh  
Hört man der süßen Botschaft zu,  
Der Kummer sinkt, die Freude steiger.  
Nach langer Krankheit schweren Pein  
Ergoßt ein unverhofft Genesen.  
Wie süße muß der Friede seyn,  
Wenn lange Noth und Krieg gewesen.

R E C I T A T .

Der Friede, den man damals schloß,  
Da man viel Ströhme Blut vergoss,  
Mag aller Frieden Beispiel seyn.

West;

Westphalen war dazu erschoren,  
Da wurde Deutschlands Ruh so gut als neu gebohret.  
In Münster ward das grosse Werk vollbracht  
Das viele Staaten glücklich macht.  
Schreib diesen Tag zum Denkmal ein,  
O Deutschland, der dein Glück erneute.

ARIOSO.

Der Tag, den man besessen war,  
Mit Jubeltonen zu bessingen,  
Verdient noch jedes hundert Jahr,  
Davon ein Echo vorzubringen.

RECITAT.

Es war in dir, o Münster, eine Schaar  
Von so viel prächtigen vortrefflichen Gesandten,  
Die an das Werk, so sie gesetzt,  
Das alle Frieden übertrifft,  
Muth, Witz und Fleiß anwandten,  
Je mehr die Pracht  
Dem Friedensschluß ein Ansehen macht,  
Je besser ist zu derer Staaten  
Gemeinen Heil das Werk gerathen,  
Auf einmahl schloß man Janus Tempel.  
Man nehme, wenn man Friede schließt  
Doch diesen Freuden zum Exempel.

T V T T I.

Euch, ihr Mäusen, kommt es zu,  
Wunder anzumerken,  
O! so nehmt den Tag in Acht,  
Da man diesen Frieden macht,  
Der ist eins von größten Werken,  
Rühmt und preiset Deutschlands Ruh,  
Euch, ihr Mäusen, kommt es zu.

Nach

## Nach der Rede.

### ARIA.

Die Nachwelt merke diese Seiten,  
Und seyre dieses Friedensjahr.  
Das war ein Jahr, das mit Ergözen  
Mit allen edlen Friedenschäzen,  
Mit Ruh und Lust erfüllt war.  
Auf Jammer folgten Lustbarkeiten,  
Die Nachwelt merke diese Seiten,  
Und seyre dieses Friedensjahr,

### RECITAT.

Der Friede scheint verknüpft mit dieser Zahl.  
Die Nachwelt wird mit Wunder lesen,  
Dies Jahr sey schon dreymal.  
Ein glücklich Friedensjahr gewesen.  
Die Vorsicht mach es wieder wahr,  
Es werd in aller Welt  
Der Friede hergestellt.  
Wer weiß, ob nicht gar bald  
Die Friedenspost erschalle?  
So wird auch dieses Jahr,  
Wenn edle Friedenszweige grünen,  
Ein Jubelfest verdienen.  
Es wird des Jahres Ruhm bestehn,  
Die Nachwelt wird ihn noch erhöh'n.

### ARIO.

\* 1448. sind die Concordata Nationis Germanicae errichtet,  
1548. ist der Landfriede von CAROLO V. erneuert, und  
1648. der Westphälische Friede geschlossen worden.

A R I O S O.

Preist, ihr Kinder später Zeiten,  
Wenn ihr an dies Jahr gedenkt,  
Preist des Friedens Süßigkeiten,  
Die es uns schon oft geschenkt.

R E C I T A T .

Du hast, Germania, noch den Genuss,  
Seit hundert Jahren her, von jenen Friedenschluss,  
Den man in Münster unterschrieben,  
Und der bis diesen Tag noch unverloren geblieben.  
Allein gibst du nicht darauf Acht,  
Wie jetzt dein KÄYSEN wacht?  
FRANCISCUS, unsrer Zeiten Ehre,  
Sorgt, daß dich nichts in deiner Ruhe störe,  
GOTT Heldenmuth schützt dich, und so besteht der Friede.

A R I A.

Unter Mavors Wuth und Morden  
Bist DU Deutschlands Schutzgott worden.  
Unser Ruh ist bestanden,  
GROSSEER KÄYSER, in den Landen,  
Da DEIN Adler uns bedeckt,  
Er erschrecket,  
Die da denken,  
Uns in unsrer Ruh zu kränken.  
Unter Mavors Wuth und Morden  
Bist DU Deutschlands Schutzgott worden.

R E C I -

RECITAT.

QXIV 4858  
Du, DEUTSCHER Völker Lust,  
Der Sachsen hoher Schutz,  
PREISWÜRDIGSTER AUGUST,  
Du kanst mit Macht und Weisheit schützen,  
Du machest, daß wir stets in Ruhe sitzen.  
Ist Münders Friede von Bestand,  
Und sind schon hundert Jahr vergangen,  
So freuet sich DEUTSCHES treues Land.  
Läßt, GROSSEN KÖNIGS, ihm die Freude zu,  
DIR und der Vorsicht dankt es seine Ruh,  
Und hat die Tabel angesangen.

T V T T I.

O Vorsicht, laß doch diesen Frieden  
Ohn Anstoß und ohn Ende seyn.  
Erhalt die Ruh in unsren Gränzen,  
Bis wir dich fest noch einst begehn,  
Läßt FRISCHDRITSCH AUGUSTS Scepter glänzen  
Und SEINER Lebenszeit bestehn,  
JHM sey das höchste Glück beschieden,  
Und bring JHM rausend Wohlfahrt ein:  
O Vorsicht, laß doch diesen Frieden  
Ohn Anstoß und ohn Ende seyn,



V018


ULB Halle  
007 417 25X

3





### Farbkarte #13



B.I.G.

B V S V M

E BRABANTINAE

ILLVSTRANDVM

ESTPHALICAE ART. IX. §. I

IMPERII PVBLICORVM

F I D E

E D I S S E R I T

E T

A N E G Y R I N

M E N T I S S I M O

T I S S I M I R E G I S

N D V L T V

I P S O

W E S T P H A L I C A E

T E S I M O N A T A L I

X X I V . O C T O B R I S

H A B E N D A M

I N D I C I T

A R T I N V S C H L A D E N I V S D

P V B L . A S S E S S O R C V R . P R O V I N C . V I C

A C V L T . I V R I D . E X T R

V I T E M B E R G A E

E L O S C H L O M A C H I A N G O

C I C I C C I X L V I C C I